

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Valentin Ernst Löscher


**Breviarium Oratoriae Sacrae, In Academia Wittebergensi olim Privatis
Lectionibus dicatum, Jam vero multorum Eruditorum votis ut satisfieret**

Francofurti: Lipsiae: Sumptibus Christiani Gottholdi Gaarmanni, MDCCXV

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn100229522X>

Druck Freier  Zugang





94 n

F. K = 3130.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn100229522X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn100229522X/phys_0004)

DFG

BREVIARIUM
ORATORIÆ
SACRÆ,

In
Academia Wittebergensi
olim
PRIVATIS LECTIONIBUS
dicatum,
Jam vero multorum Eru-
ditorum votis ut satisfieret,
ex MSS. editum


^
VALENT. ERNESTO
LOESCHERO,

S. S. Theol. Doct. Proto-Synedrii sacri Con-
siliario, ad Ædem S. Crucis Pastore Primar.
& Ecclesiarum Dresdensium
Superintendente.

Francofurti & Lipsia,
Sumptibus CHRISTIANI GOTTHOLDI
GAARMANNI, Bibliopolæ.

Anno MDCCXV.

FR 2





ELEMENTA ORATORIÆ SACRÆ.

PROLEGOMENA.

§. I.



Ratoria sacra est prudentia de rebus divinis ad populum publicè juxta præscriptum verbi divini ita differendi, ut persuasio sacra in animis auditorum excitetur ad honorem DEI æternamque audientium salutem. Si accurate loquendum sit, non est disciplina peculiaris, sed pars *Theologiae Pastoralis*; Cum vero usus ejusdem & ambitus insignis sit, non inepte peculiari opera tractatur.

Dicitur quoque *Homiletica*, ab ὄμιλοις versor in cœtu aliquorum; hinc ἡ ἵμιχλα actio versandi in cœtu hominum, & speciatim pro ipsa docendi actione usurpatur apud Xenophontem.

§. II. Dari oratorium sacrum, probatur partim testimoniis sacrarum literarum 1. Tim. IV, 13.15. 2. Tim. II, 15. partim Christi & Apostolorum exemplis,

A

plis,



plus, conciones non sine ordine habentium, maxime vero patrum in primitiva ecclesia exemplis, partim necessitate, utilitate & fine ejusdem. Distingendum est inter Pædagogiam ministerii, & res ipsas ministerii, quæ sunt conjunctissima. Pædagogia multum confert ad removenda obstacula & impedimenta.

§. III. Finis hujus studij est persuasio sacra pædagogice considerata, non mere Apostolica, sed juxta indolem ministerii ordinarii facta. Persuasio *sacra* cum fide arctissime est conjuncta, & consistit in remotione obstaculorum, confusionum, tædii, torporis, & in exercitatione affectuum sacrorum v. gr. *devotionis* &c. (den wahren Segegit darzu giebt Gott) Huc pertinent IV. Officia Homiletica primaaria, nempe

- (1) Accurate & ordinate concionari.
- (2) Ad ædificationem auditorum (erbaulich.)
- (3) Ad commovendos auditorum animos (beweglich) loqui.
- (4) Ornate (annehmlich) dicere, & auditores legitime delectari.

Orator quæ orator persuadet tantum, non producit fidem. Verbum autem quod prædicat, fidem generat. Persuasio nostra est juxta indolem ministerii ecclesiastici ordinarii, non extraordinarii, quod erat apud Apostolos.

In ordinate loquendo seu concionando eminent Germani, præcipue Lipsiens.

In secunda pædagogia parte excellunt Angli scriptores.

In

In commovendis affectibus regnant Galli.

In ornate dicendo excellunt Itali , qui multos argutos conceptus habent , sed interdum ad excessum hæc tractant.

§. IV. *Oratoria sacra supponit ex Theologia pastorali doctrinas de officio verbi divini , de cibatione & medicina spirituali , nec non ex Theologia Exegetica regulas scripturam interpretandi . Dividitur in duas partes , qvarum prima Progymnasma logica & rhetorica tradit ; secunda eorum applicationem & usum , vel ipsam praxin homileticam docet . Hæc enim convenientissima methodus est , juxta qvam practicum hoc studium institui possit . Ad qvatuor ista officia superius enumerata respiciendum est per totum homiletici studii cursum ; sub finem vero speciales regulæ de singulis officiis suppeditandæ sunt .*

Cultor oratoria sacra idoneus est ille , quem ornat

(1) *Natura bona in prompto ingenio & memoria non exclusa , tum naturali qvadam ad hoc studium sacrum propensione , ac divino qvodam impetu à Spiritu Sancto mature accenso (vocant alias vocationem internam) tum vocis gratia , habituqve corporis condecente .*

(2) *Institutio recta , tum in vera fide , sinceraqve pietate , tum in lingvis , Græca & Ebræa haud mediocriter imbibitis ad fontes V. & N. T. intelligendos ; tum in Logica & communi Rhetorica , & hic sacræ oratoriæ præceptis brevibus , sed solidis , itemqve in Theologia positiva & polemica (libris Symbolicis nostris adjunctis)*

A 2

propter



propter errores fidei refutandos, atque exegética ob textus difficiliores explicandos.

(3) *Exercitatio freqvens* tum dictarum naturae & institutionis partium, ut magis excolantur, tum lectionis & meditationis Scripturæ sacræ semper piis precibus in qvavis etiam alia exercitatione necessariis inchoandæ; adjunctis etiam interpretibus orthodoxis scriptisqve succi theologici plenis; tum auscultationis efficacissimum concionatorum; tum excerptio[n]is rerum, ac formularum selectissimarum lectarum vel auditorum ad prudentem imitationem; tum de nique scriptionis meditatae; nec tamen à tyrone nimis (nec cetera studia necessaria impediantur) continuandæ in conficiendis concionibus.

Ad prudentem usum interpretum sequentes observa regulas:

- 1) *Prius nostros, tum aliorum experiamur labores,* sic nobismet ipsis magistris proficiemus. Aut enim meditationes nostræ Commentatoribus consentient, aut ab iis dissentient, si consentiant, confirmabimur, si dissentiant, informabimur, imo & aliquando ab interpretibus non attenta, à nobis observantur.
- 2) *Interpretibus utamur non ut arbitris, sed ut consiliariis.* Nemo enim interpretum repertus unquam, in quo non novus sit animadversus. Excipientur tamen singula publicè abrogata & rejecta, in quibus non tam autoritas virorum, qvam

quam liquida cum scripturis connexio cogit in assensum.

- 3) Studio novitatis, praritu *Quod xaverius*, ne te patiaris inflari, ut Patrum ac Doctorum de ecclesia pridem meritorum vestigia deseras, aut ipsos temere sugilles, sed sicubi eos rem non acu tetigisse, deprehendas, de eorum nomevis loquere, ut de verrucis parentum.
- 4) Interpretes Christianos Iudeis preponamus.
- 5) Inter interpres Christianos orthodoxi prestant heterodoxis.
- 6) Christiani accuratiore*s* interpretes prestant perfunctoriis.
- 7) Concilia genuina, quatenus cum Scriptura sacra consentiunt, ut & libri symbolici ad interpretationem utiliter saepe consulantur.
- 8) Quod in parte Exegetarum quisque excellit, in in ipsa is seqvendus.
- 9) Quibus quisque Interpretum velificetur hypothesibus, probe notandum.
- 10) Commentarii ecclesiae aut Collegii nomine editi plerumque prevalent singulorum nominibus factis,
- 11) Si quae apud Commentarios reperieris commoda, ea logice resoluta redige in *Syllogismos*, & ex his medios assume terminos, sic nec plagi poteris inculpari, & memoriaz insigne affrees subsidium.

A 3 PARS



PARS I. Progymnastica.

SECTIO I.

CONTINENS PROGYNASMATA LOGICA.

§. I.

Progymnasmata logica, qvæ elaborationem concionis præcedunt, sunt sequentia:

- 1) Textus selectio.
- 2) Ejusdem Analysis.
- 3) Inventio Thematis.
- 4) Inventio Partitionis.
- 5) Inventio argumentorum.
- 6) Inventio Exordiorum.
- 7) Inventio porismatum seu usuum.

§. II. *Selectio Textus* præcipue locum habet in concionibus, nostro arbitrio relictis, ubi observetur:

- 1) Textum debere esse non nimis brevem.
- 2) Nec nimis longum.
- 3) Operam esse dandam, ut textus talis eligatur, in quo elegans fundamentum docendi, movendi & delectandi detur.
- 4) Ut si fieri poterit, textus accommodatus sit ad circumstantias temporis.
- 5) Ut non sit nimis vulgaris.

29A4
Rario-

Rariores Textus sunt seqventes :

Tempore Adventus Esa. LII, 7. Schmid. in Colleg.
Bibl. Part. II. p. 35. Esa. LII, 8. Glass. in
der Spruch-Postill. Part. II. p. 671. Zach.
II, 10. Drexelius in Christiano morali
Part. II. Cap. I.

Tempore Nativitatis Christi Esa. LX, 1. Glassius in
der Spruch-Postill. illa P. I. p. 729. Psal.
XL, 6. Scriver. im Seelen-Schätz P. III.
p. 979. Gen. XXIX, 35. Carpzov. Part. I.
der Leichen-Predigten p. 52.

Tempore Passonis 1. Petr. I, 18. 19. Hermanni Leis-
chen-Pred. P. V. pag. 502. 2. Cor. V, 14.
Scrivers Seelen-Schätz P. III. p. 810. Math.
XXVII, 51. sqq. Thom. Adam. in Geistr.
Schriften Part. II. pag. 255. Joh. XIX, 30.
I. Petr. III, 18. Rex Daniæ Fried. hat allen
zur Prob.-Predigt diesen Text auffgegeben.

Tempore Paschali Rom. X, 9. Spanhem. in Dubiis
Evangelicis, P. III. p. 90. sq. Coloss. III, 1.
Joh. Schmidii Fest-Predigt. P. I. pag. 470.
Apoc. V, 45. Schmidii Fest-Predigt. P. II.
p. 751. 2. Tim. II, 8.

Tempore Ascens. Ebr. VIII, 1. 2.

Tempore Pentecost. Psal. LXXVII, 3. Hoë in Ju-
bel-Predigten p. 106. Esa. LII, 7. Schmid.
Coll. Bibl. P. I. p. 358. Psal. XXXVI, 8. 9.
Carpzov. Leichen-Pred. P. III, p. 92. Psal.
CXVIII, 27. Thom. Adam. Part. I. p. 139.
Rom. VIII, 15. 16. Scriver. P. II. des Sees-
ten-Schätz p. 139. Tem-



Tempore Festi Michaeli. Ebr. XII, 22, 23, 24. Thom.
Adam. Part. I. p. 874.

Textus pœnitentiales 2. Sam. XII, 13. Dycke in der
Buß-Betrachtung pag. 250. Henr. Müllers
Buß-Andachten p. 59. Job. XLII, 6. Thom.
Adam. Part. II. pag. 520. Ezech. XVIII, 31. sq.
Scriver. in Seelen-Schätz P. II, p. 520. Apoc.
III, 20. Drexel, in Heliotropio. lib. II. Cap. V.
Textus variis qui semper usurpari possunt Gen. XXXIX.
9. Scriver. P. III. p. 1676. Psal. IV, 9. Carpz.
in Leichen-Predigten Part II, p. 537. Psalm.
XIII, 23. Scriver. Part. IV, pag. 136. Psal.
XXXV, 2. Sprich du zu meiner Seelen ic.
Thom. Adam. P. II. pag. 472. Psalm. XXXVI,
8. 9. 10. Hülsemann. in Leichen-Predigten
p. 443. Ps. LXXXIV. II. 13. Carpzov. Leichpr.
pag. 92. Part. III. Job. XVII, 1. Novarinus in
Electis Sacris Lib. II. Exercit. XXX. num. 359.
Esa. XXVI, 20. Glass. in der Spruch-Postille
P. IV. pag. 157. Jerem. XXXI. 3. Arnd's Chri-
stenthumb pag. 206. Proverb. IH, 16. Thom.
Adam. Part. II. p. 415. & 432. Malach. III, 16.
Carpz. Leichpr. P. III. pag. 700. Luc. X, 20.
Carpzov. P. I. p. 1304. Joh. XVI, 33. Lütken.
im Vorschmack Götlicher Güte Part. II.
Consideratione XIII. Rom. V, 12. Carpzov.
Part. I. p. 1303. Rom. VIII, 1. Scriver. P. I.
p. 608. Eph. I, 3. 4. 5. Scriver. Part. III, pag.
101. Eph. I, 17. 18. 19. Thom. Adam. Part. II.
p. 84. Scriver. P. III. pag. 9. Coloss. III, 12. 13.
Scriver.

Scr̄ver. P. III. p. 612. 1. Tim. VI, 6.7.8. Scr̄ver.
Part. III. pag. 1712. Joh. V, 14. Scr̄ver.
P. III. p. 1463. Psal. XLVIII, 63. 2. Tim. II, 19.

§. III. Secundum Progymnasma est *Analysis textus*, eaqve duplex, nimirum simplex & opera-
sa; Analysis *simplex*, qvæ ut plurimum negligitur,
utilissima tamen & facillima est, consistit in investiga-
tione fundamentorum concionis ex textu. Cum
enim *tria* potissimum sint boni concionatoris officia,
nempe *docere, movere, & delectare*, *tria* etiam fun-
damenta concionis erunt, nempe *fundamentum do-
cendi, movendi & delectandi*. *Fundamentum do-
cendi* est articulus qvīdam Theologiae Theticæ vel mo-
ralis, sive aliqvid credendum aut agendum (doctrinali-
ter spectatum) *Fundamentum movendi* est affectus ali-
quis sacer, sunt autem *affectus sacri* sequentes:

- | | |
|------------------|---------------------|
| 1) Attentio. | 10) Amor. |
| 2) Devotio. | 11) Odium. |
| 3) Admiratio. | 12) Confidentialia. |
| 4) Complacentia. | 13) Studium. |
| 5) Displacentia. | 14) Pudor. |
| 6) Lætitia. | 15) Ira. |
| 7) Tristitia. | 16) Commiseratio. |
| 8) Spes. | 17) Desiderium. |
| 9) Metus. | |

Fundamentum delectandi est materia thematis elegan-
tioris v. g. phrasis emphatica, adagium, allusio,
ritus, allegoria, conceptus inexpectatus.

Ad *inveniendum fundamentum docendi* sequentes
regulæ observentur,

A 5

1) In



- 1) In numerato habeantur Loci Theologiæ Theticae & Moralis, & crebro exercitio tentetur ad quemnam eorum dictum aliquod referri possit.
- 2) Si nullus articulus Theologiæ Theticæ vel moralis in textu contineri videatur, querendus est vel per ascensionem à particularibus ad universalia v. g. Gen. XXIV, 50. agitur de matrimonio & providentia Divina circa illud vel per oppositionem referendo ad doctrinam contrariam v. g. Gen. XL, 23. pertinet ad Locum Theologiæ moralis de gratitudine, vel per connexionem referendo ad materiam cognatam vel homogeneam v. g. Gen. XXXII, 26. reduci potest ad Locum de fide ejusque robore, vel ad doctrinam de temptationibus.

Ad inveniendum fundamentum movendi sequentia observata digna sunt:

- 1) Si nullus affectus explicite in textu continetur, latet tamen in illo semper affectus attentionis, devotionis, complacentiae, vel displacentiae.
- 2) Affectus saepe cognoscitur ex actione ejus, quia loquitur, vel quia principalis persona in textu est.

Ad inveniendum fundamentum deletandi sequentia manuducunt:

- 1) Conferatur textus originalis, cuius vocabula & phrases emphaticae ordinatio illud suppeditant.
- 2) Respiciatur ad allegorias, argutias, & imagines in textu occurrentes.
- 3) Si nihil horum in textu inveniri possit, conferatur locus parallelus.

§. IV.

§. IV. Seqvitur *Analysis operosa*, quando tex-
tus juxta regulas analyticas in suo proprio resolvitur.
Constat ea ex *præparatione* & *operatione ipsa*; in *præ-
paratione* investigatur:

- 1) *Genus* & *species* textus.
- 2) *Persona* loquens.
- 3) *Objectum personale*, seu *persona*, ad quam tex-
tus dirigitur.
- 4) *Subjectum principale* textus.
- 5) *Prædicatum principale* textus.
- 6) *Objectum reale*.
- 7) *Scopus* textus.
- 8) *Occasio* textus seu *causa occasionalis*.

Genus est ratio seu *indoles* textus ad opus ministerii
relata.

Quinque igitur sunt genera:

- 1) *Didascalicum*, cuius species sunt: *Narratio hi-
storica*, *doctrina*, *affirmatio*, *asseveratio*, *testifi-
catio*, *demonstratio*, *probatio*, *descriptio* &
vaticinium, *colloquiutn* (*credenda* & *cogno-
scenda* respiciens.)
- 2) *Elenchiticum*, cuius species sunt: *Disputatio-
cum Adversario*, *Refutatio*, *Negatio*, *Accu-
satio*, vel *exprobratio erroris*, *damnatio*, vel
maledictio erroris.
- 3) *Pædeticum*, cuius species sunt: *mandatum* seu
præceptum, *adhortatio* vel *suaſio*, *laudatio* vel
commendatio virtutis, *promissio præmii*, *nar-
ratio exempli imitandi*, *narratio exempli su-
giendi*, *Invitatio*.

4) *Epi-*



- 4) *Epanorthoticum*, cujus species sunt: Prohibitiō, Exprobratio seu correctiō, maledictiō, vel imprecatio facti, pœnæ annuntiatiō, tandem vitii vituperatiō.
- 5) *Consolatorium*, ejus species sunt: Solatii annuntiatiō, Sympathios seu condolentiæ testificatiō, erectiō animi depresso (Ermunterung) gratulatiō de auxilio divino & felicitate futura.
- Supersunt *Analogica* qvædam *Genera* nempe
- 1) *Preces & vota*, qvæ interdum ad Didascalicum plerumq; ad Pædevt. & Consolatorium pertinent.
 - 2) *Promissio*, qvæ interdum ad didascalicum, interdum ad Pædevticum interdum ad paracleticum spectat.
 - 3) *Salutationes*,
 - 4) *Benedictiones*.
- Ad inveniendum genus notentur regulæ sqq.
- 1) Evangelia pleraque sunt in genere didascalico; Epistolæ in Genere pædevtico.
 - 2) Unus textus sæpe ad plura genera referri potest; ad præcipuum autem inter ea referri debet, de qvo judicatur ex contextu. Hoc intelligendum est de textibus prolixioribus & compositis.
 - 3) Omnia exempla Pietatis pertinent ad Pædiām; exempla autem vitiorum ad Epanorthosin.
 - 4) Genus didascalicum & elencticum, ut & didascalicum paracleticum possunt interdum permutari, aut saltē eorum permutatio non adeo periculosa est.
 - 5) Non omnes imperativi genus Pædevticum indicant, præsertim prophetici.

Per-

Personā loquens in textu facile dignoscitur præterim ex antecedentibus v. g. ex titulis Capitum, ex titulis Psalmorum.

Objectum personale, seu persona, ad quam textus dirigitur, interdum est speciale, quod exprimitur vel in titulo libri v. g. ad Cor. vel in antecedentibus, aut textu ipso Joh. XI, ubi Christus discipulos allocavitur. In prectionibus objectum personale est Deus. Quod si nullam objectum speciale commoretur, usurpandum generale, nempe omnes homines Christiani. Subjectum principale textus est illud, quod in omnibus, aut saltem in plerisque & præcipuis textus enunciationibus loco subjecti ponitur v. g. in toto Psal. CXIX. verbum Dei.

Prædicatum principale est illud, quod de subjecto principali præcipue in textu enunciatur v. g. in Psal. CXIX. amor verbi divini Thren. III, 22. Die Güte Gottes verlässt die Menschen nicht.

Objectum reale est conceptus ex subjecto & prædicato principali compositus, vel ab aliis Thema textus; estque vel doctrina aliqua fidei, vel officium hominis Christiani, vel beneficium à Deo exspectandum, vel poena metuenda &c.

Scopus textus appellatur illud, quod persona in textu loquens præcipue intendit v. g. Thren. III, 22. 23.

Scopus est æstimium divinæ benignitatis. Ut scopus à genere facilius distingvatur, notandum est genus semper esse actionem personæ intextu loquentis; scopum vero rem, vel actionem personæ, ad quam textus dirigitur.

Occasio

Occasio Textus colligitur ex circumstantiis personarum, locorum & temporum, maximèqve observanda est in Genere paracletico, nec non in Elenchitico. Operatio ipsa analyseos operose seqvens est : post analysin Grammaticam vocabulorum difficultiorum, nec non rhetoramicam troporum & schematum tres præsertim actus huc pertinet :

1) *Investigatio enunciationum, è qvibus textus constat.*

2) *Earundem ordinata dispositio.*

3) *Reductio ad unam enunciationem.*

Investigatio Enunciationum fit juxta sequentes regulas :

1) In qvalibet periodo simplici, vel in qvalibet parte periodi compositæ qværatur subjectum & prædicatum.

2) Rejiciantur termini Syncatbegorematici, retentis saltem categorematicis.

3) Propositiones non enunciatiæ reducantur ad enunciatiæ v. g. 2. Sam. XII, 17. David ist der Mann des Todes.

4) Enunciations compositæ resolvantur in simplices.

5) Modificationes textus compositi rejiciantur, vel separatim duæ difficultates occurunt.

1) Qvod enunciations difficiliores reduci debent ad simplices & faciliores.

2) Qvomodo modificationes separandæ sint ? De priori notentur sequentia :

æ) Qvæstiones, precatiōnes, allocutiones, mandata, exclamatiōnes & dubia reducantur dupli modo (1) implicite, ut subjectum sit persona

persona quærens, orans, mandans, exclamans vel dubitans; prædicatum vero sit actio cum objecto quæstionis, mandati, precum, dubii
 (2) explicite sequentem in modum: quæstiones affirmativæ resolvuntur in enunciaciones negativas & vice versa; vel rectius ex quæstione & responsione una enunciatio formatur, quæstione pro modificatione habita. Præcationes resolvuntur ita, ut subjectum sit persona, quæ adoratur vel rogatur; prædicatum vero id, quod petitur cum addita voce soll Psal. CXXX, 1. Gott soll David erhören. Allocationes & mandata eodem modo resolvuntur v. g. Bessere dich Jerusalem; Jerusalem soll sich bessern. In exclamationibus ex ultimis sunt prima, sic habebis subjectum & prædicatum v. g. Rom. XI, 33. Die Weisheit Gottes ist unbegreiflich. Dubia sic resolvuntur, ut res de qua dubitatur sit subjectum, actus dubitandi cum ratione vel modo dubitandi sit prædicatum v. g. Eccles. III. Wer weiß ob des Viehes Seele niederwärts fähret.

(3) Enunciationes conditionatæ sic reducuntur, ut ex antecedenti seu conditione fiat subjectum, ex consequenti prædicatum Rom. X. Wenn ihr stille wäret / würde euch geholfen. Subjectum semper in conditionatis his enunciationibus formatur per particulas: Wer oder welcher.

Disjunc-



Disjunctivæ ita reducuntur, ut unum saltem membrum retineatur, addita particula exclusiva v. g. allein/ vel per formulam: opponitur, repugnat &c.

Modificationes dicuntur ea, qvæ subjecto & prædicato adduntur explicationis, illustrationis, confirmationis gratia, & quidem in una atque eadem periodo. Species earum sunt sequentes:

- 1) *Explicatio*, qvæ plerumqve indicatur per particulas welcher/ nemlich. Huc etiam pertinent allegationes dictorum Psal. Mein Herz hält dir für ic. Matth. XX, 4. 5.
- 2) *Restrictio*, qvæ indicatur per particulas: sofern/ wenn/ so/ ob.
- 3) *Exaggeratio*, qvæ plerumqve fit per μεγαλον seu enumerationem partium Rom. VIII, 38. tq.
- 4) *Ratio*, qvæ indicatur per particulas: sitemahls/ nachdem/ dieweil ic. Rom. XIII, 11.
- 5) *Illustratio* per simile aut contrarium. Cant. VIII, 6. sché mich/ wie ein ic.
- 6) *Consecutarium*, qvod plerumqve indicatur per particulas: Derohalben/ darumb/ also/ dass. Psal. XXXII, 4. Deine Hand war Tag und Nacht schwer auff mir ic. Gottes Hand drücket David.

Secundus actus analyseos operosæ est *dispositio enunciationum inventarum secundum ordinem analyticum*, ubi initio textus divivendi sunt in *narrationes*, in qvibus sine ordine argumentativo vel philosophico enunciationes collocantur, & *discursus*, in qvibus ordine argumentoso disponuntur, ut una ex

ex alia fluat , vel relationem ad aliam habeat.
Prioris generis textus sunt historici , v. g. Evangelia
 pleraque , nec non Proverbia Salomonis.

In historicis textibus consultissimum est , enunciatio-
 nes disponere juxta antecedentia , concomitantia ,
 & consequentia v. g. Dom. I. Adventus :

1) Antecedentia .

- a) Christus mittit discipulos v. 1. 2. 3.
- b) discipuli asinos afferunt. v. 6.
- c) discipuli vestes substernunt. v. 7.

2) Concomitantia .

- a) Jesus introit secundum vaticinium Zacha-
 riæ XI , 4. 5:

(β) populus illum cum honore excipit. v. 8.

3) Conseqventia : Populus Jesum advenientem
 laudat v. g. in reliquis textibus narrativis v. g.
 Proverbiis Salomonis eo ordine collocantur
 enunciationes , quo in textu occurunt , licet
 tamen , ex ingenio ordinem aliquem confidere ,
 modo non sit ιδίας ἐπιλύσεως .

Posterioris generis textus seu discursus sunt Epistolæ ,
 Psalmi &c. qui ita disponuntur , ut primo loco po-
 nantur enunciationes principales , quas appellamus
 theses . Hinc illæ enunciations , quæ continent
 contrarium Theeos , & vocantur Antitheses ; postea
 illæ , in quibus Thesis explicatur , probatur , vel illu-
 stratur , quæ appellantur ἔνθεος explicantes , pro-
 bantes , illustrantes . Porro enunciations speciales ,
 quæ tanquam exempla sub thesi continentur , & vo-
 cantur hypotheses . Tandem illæ , quæ ex thesi fluunt

B

& dedu-



& deducuntur, vocantur *Apotheses v. g. Epist. D.*
XIV. post Trinitatis Gal. V. 16.

Thesis : Die Galatische Christen sollen geistlich wandeln. v. 16.

Antithesis : Christen sollen nicht Werke des Fleisches thun. v. 16.

Expositus probans 1) den das Fleisch gelüstet ic.
v. 17.

2) die solches thun werden nicht selig. v. 21.

Hypothesis 1) Christen sollen Ehebruch meiden. v. 19. 20. 21.

2) Christen sollen Liebe/Geduld ic. ausüben.
v. 22.

Apothesis 1) welche geistlich leben / sind nicht unter dem Gesetz. v. 18. 23.

2) welche geistlich wandeln/ die creuzigen ihr Fleisch. v. 24.

Tertius actus analyseos est Reductio ad unam enunciationem, circa qvam seqventes regulæ obseruentur :

1) Enunciationes speciales ad unam generalem reducantur e. g. Eph. VI, 13. 14. 15. *Die Epheser sollen sich zum geistlichen Streit rüsten.*

2) Si ad unam enunciationem perveniri nullo modo possit, Thesis *principalis* & scopo maxime conveniens, vel qvæ saltem de subiecto principali agit, loco reliqvarum ponatur.

3) In textibus *historicis* enunciatio, qvæ inter concomitantes eminet, loco reliqvarum omnium in analysi ponitur v. g. Ex Evang. Dom. I. *Adventus : Christus ziehet zu Jerusalem ein.*

4) In

- 4) In textibus *discursivis* relictis antithesibus, ecthe-
sibus, hypothesibus & Apothesibus *sola thesis*
retineatur e. g. Dom. XIV. post Trinit. Chri-
sten sollen geistlich wandeln.
- 5) *Quod si due theses principales in textu
obveniant, opera detur, ut ex illis una fiat,
vel per particulam Als/ vel per epitheton e. g.
ex Psal. CXIX, 92. 93. Das Wort Gottes/
als Davids bester Trost / soll nicht vergessen
werden ; vel das Trostreiche Wort Gottes
will David nicht vergessen.*

Exemplum I. analyseos

Psal. XXXVI, 8. 9. 10.

Analysis simplex.

Fundamentum *docendi* est Articulus Theologæ
theticæ, de providentia Dei, quatenus grata est.

Fundamentum *movendi*: admiratio, gaudium.

Fundamentum *delectandi*: Schatten / Flügel /
trunken werden / Strohm / Quelle / Licht.

Analysis operosa.

Præparatio: Genus est Didas. Species descriptio, autor
& persona loquens David. Objectum personale:
homines divina beneficia sentientes. Subjectum prin-
cipale: Die Güte Gottes. Prædicatum prin-
cipale: ist überflüssig gross. Objectum reale:
magnitudo abundantissima divinæ gratiæ. Scopus:
ad gratam agnitionem divinæ benignitatis perdu-
cere; Occasio est à contrario, ab hominum malitia.



Operatio ipsa.

1) *Investigatio Enunciationum.*

- (1) Die Güte Gottes ist groß. v. 8.
- (2) Die Menschen / so Gottes Güte geniessen / werden trunken / oder überflüssig erfüllet. v. 9.
- (3) Gott tränket sie mit Wollust. v. 9.
- (4) Gott hat die lebendige Quelle. v. 10.
- (5) Die Menschen / so Gottes Güte geniessen / sehen sein Licht. v. 10.

2) *Dispositio Enunciationum.*

Thesis est enunciatio prima : **Die Güte Gottes ist groß.**

Expositus explicans No. 3.

- - probans No. 4. & 5.

Apothesis - - No. 3.

3) *Reductio ad unam propositionem.*

Thesis principalis : **Gottes Güte ist überflüssig groß ; oder/ Gottes theure Güte überschüttet die Menschen mit Gütem/ defendendo v. 8. bona largiendo. v. 9. illuminando. v. 10.**

Exemplum II. Textus Historici.

Evang. Dom. Invocavit,

Matth. IV, 1. sq.

Analysis simplex.

Fundamentum docendi: Doctrina de Tentatione.

Fundamentum movendi : admiratio vel studium.

Fundamentum delectandi : die Wüste/Kämpfe.

Analy-

Analysis operosa.

Præparatio Genus Didasc. Species narratio; Persona log.

Matthæus Evangelista; *Objectum personale*: omnes Christiani præsertim tentati; *Subiectum principale*, Christus; *Prædicatum principale*, vincit in tentatione; *Objectum reale*: Christi victoria in tentatione; *Scopus*, erectio tentatorum; *Occasio est narratio præcedens de Christi glorificatione in baptismo.*

Operatio ipsa.

1) *Investigatio Enunciationum.*

- 1) JESUS wird in die Wüsten geführet. v. 1.
- 2) JESUS hungert. v. 2.
- 3) Der Teufel versucht ihn mit Brodt machen. v. 3.
- 4) JESUS antwortet woll. v. 4.
- 5) Der Teuffel führt JESUM auff die Zinne des Tempels. v. 5.
- 6) Der Teuffel versucht ihn mit herunter springen. v. 6.
- 7) JESUS antwortet ex dicto. v. 7.
- 8) Der Teuffel zeigt JESU auff einem Berge ic. v. 8.
- 9) Der Teuffel fodert die Anbetzung. v. 11.
- 10) JESUS verjagt den Teuffel. v. 11.
- 11) Der Teuffel weicht. v. 11.
- 12) Die Engel dienen JESU. v. 12.

2) *Dispositio enunciationum.*

- a) antecedentia No. 1. 2.
- β) concomitantia No. 3 - 10.
- γ) consequentia No. 11. 12.

B 3

3) Redu-

3) *Reductio ad unum.*

Iesus tentatus vincit, vel Jesus in temptatione vincit.
Germ. der in der Versuchung überwindende
Iesus.

§.V. Tertium progymnasma est *inventio Thematis*,
 ubi 1) agendum de natura & variis speciebus thematis.
 2) de inventione thematis.
 3) de ejus variatione & exornatione.

I. De *natura Thematis* hæc notanda sunt : *Thema* est Objectum reale textus & concionis ; Alii appellant argumentum textus, qvod veteres in homiliis implicite tractarunt ; primus vero ex nostris *Egid. Hunnius* explicite in homileticum studium intulit.

Requisita primaria thematis :

- 1) ne sit nimis amplum & generale.
- 2) ne sit nimis prolixum, & vix ultra 8. vocabula extendatur.
- 3) ne sit ridiculum, vel affectatum.
- 4) ne sit obscurum & nimis difficile.
- 5) ut sit proprium textui.

Analyt. *Thema* etiam textuale vocari solet, qvia est summa ipsius textus, seu doctrina, qvæ textui inest primò & adæquate. *Thema* vero *syntheticum* vocatur dogmaticum, & est doctrina aliqua sacra, qvæ actu in textu non continetur, ex eo tamen deduci (illustrando vel probando) potest.

Species thematis sunt seqentes, dividitur

- 1) in *analyticum* & *syntheticum* ; *analyticum* *thema* est, qvod ex analysi textus fluit, estque vel *rigoſum*, qvod ex analysi operosa oritur, &

cum

cum objecto reali textus sive cum enunciatione principali prorsus convenit; vel *latius sic dictum*, qvod ex analysi simplici formatur. *Synthetum thema* sine prævia analysi formatur, estque *partiale*, qvando aliquam textus partem solum continet; vel *porismaticum*, qvando porisma vel consecutarium ex textu petitum continet v. g. *Evang. Dom. Invocavit*, *Thema analyticum* est: *Der siegende Kämpffer JESUS.* *Thema partiale*, angeli Christo servientes. *Thema porismaticum*: anhösa resistentia Christianorum.

- 2) in *simplex*, qvod ex unico conceptu principali constat v. g. *der siegende JESUS*/*der überwundene Satan*; & *compositum*, qvod ex pluribus conceptibus explicite constat, estque vel *aphoristicum* sc. aphorismus qvidam v. g. *Christus behält den Sieg*; vel *Zeteticum* scil. qvæstio ex textu formata v. g. *Wie man den Teuffel am besten überwinden könne*; vel *copulativum*, qvomodo duo velut themata per particulam copulativam connectuntur v. g. *Der versuchte und überwindende JESUS*; vel *disjunctivum*, qvomodo duo velut themata per particulam disjunctivam connectuntur v. g. *Siege mit JESU* / oder unterliege mit dem *Satan*; vel *comparativum*, qvomodo comparatio in themate includitur v. g. *Die Versuchung JESU unter dem Bilde eines Duells.*

- 3) in *naturale* seu *nudum* & *artificiale* seu *ornatum*. Ita dividitur *thema ratione formæ externæ* seu *modi*



efferendi. *Thema naturale* est, qvod verbis propriis vel figuratis innatish. e. ipsi textui insitis effertur. *Thema artificiosum* est, qvod verbis tropicis aut figuratis concinne illatis effertur.

II. *Inventio thematis*, præmissa doctrinâ de analysi, facilis est. Nam *thema analyticum late dictum* suppeditat fundamentum docendi, movendi, vel delectandi. *Thema analyticum stricte dictum* sequentibus modis formari potest :

- 1) Si genus vel species, persona loquens & subjectum principale conjugantur v. g. ex Psal. XXXVI, 8. - 10. *Die Lehre Davids / oder der Unterricht von der Gute Gottes.*
- 2) Si genus vel species cum persona loquente & prædicato principali componantur : *Davids Unterricht von den herrlichsten und grössten Dingen.*
- 3) Si genus vel species cum objecto personali & subjecto principali conjugantur v. g. *Die von der Gute Gottes unterrichtete Israeliter.*
- 4) Si objectum personale conjugatur cum subjecto principali : *Die Gute Gottes über Israel.*
- 5) Si scopus cum subjecto vel prædicato principali uniatur : *Die dankbare Erkäntniß der Gute Gottes.*

Thema analyticum strictissime dictum tribus modis formari potest.

- 1) Ex genere seu specie, & objecto reali; qvæ est methodus Lipsiensium v. g. *Der Unterricht von der grossen Gute Gottes.*
- 2) Ea

- 2) Ex scopo & objecto reali ; quæ est methodus Jenenium v. g. Die zur dankbahren Erfährt-niss leitende grosse Gute Gottes.
- 3) Ex subjecto & prædicato principali , seu ex solo objecto reali : Die Vortrefflichkeit der Gott-lichen Gute/ oder die grosse Gute Gottes.

Thema syntheticum facile invenitur , si vel ex toto textu vel ex parte ejus Consecutarium aliquod deducamus.

III. *Thema variari potest tribus modis :*

- 1) *variata denominatione* , wenn das Haupt-Wort / das in casu recto steht / genommen wird entweder a) vom genere oder specie, oder β) von der Person a loquente, oder γ) vom objecto personali , oder δ) vom objecto, oder ε) vom prædicato principali.

- 2) *Mutato themate naturali in artificiale* ; ubi notandi sunt fontes thematum artificialium se-quentes :

a) *Phraseologia biblica* seu formulæ elegantio-res in sacris literis occurrentes v. g. Die aus-gestreckte Gnaden-Hand Gottes ex phrasi biblica : Seine Hand ist noch ausgestreckt. Das über Israël leuchtende Antlitz Gottes ex Phrasi sec. Psal. LXXXIV , 12. vel: Gott/ als Sonne und Schild Israelis.

β) *Allegoria* seu similia à rebus physicis, ma-thematicis , civilibus , Politicis , & artifica-libus , militaribusque delumpta , v. g. ex eo-

dem textu : Die vortreffliche Heilbrunne
der Götlichen Güte / Metallifodina Di-
vinae gratiae. Ex politicis : Gott als der
beste Regent ; oder das glückselige Regi-
ment der Güte Gottes. Ex artefactis :
Amphitheatrum divinæ gratiae der Schau-
Platz Götlicher Güte.

Hic Baumannii Promptuarium allegoriarum commen-
datur, ut & Masenii Speculum imaginum.

γ) Allusio ad ritus V. & N. T, vel etiam ad
alios antiquitates, interdum etiam ad paga-
nas, modo sobriè fiat, e. g. Israels geistl.
Laub-Hütten Fest / ubi

- 1) Ihre angenehme Hütte /
- 2) Ihre herrliche Convivia ..
- 3) Ihr fröhliches Schöpfen / seu cornu
copiæ gratiae divinæ.

δ) Antonomasia seu allusio ad historiam bi-
blicam, vel etiam profanam, qvæ notissima
sit v. g. Das irrdische Paradies. Das
geistliche gelobte Land. David als der
andere Cicero.

ε) Conceptus inexpectatus seu argutiae v. g.
Die vergötterten Menschen ; Der Himmel
auff Erden. In hoc genere excellunt Angli.

ζ) Emblema seu imago cum Lemmate, qvod
si vel unum horum vel alterutrum ex Scriptura
Sacra petitum sit, appellatur imago biblica.

η) Dialogus seu Colloquium inter diversas per-
sonas institutum e. g. Anima alloqvatur Deum,
DEus respondeat.

ι) Cir-

i) *Circumstantiae temporis & loci.* Interdum etiam per nummos seu monetas Thema exornari potest.

ii) *Canticum sacrum*, ex cuius verbis thema & partitio conficiatur.

EXEMPLUM GENERALE

ex Ps. XXXVI, 8. 9. 10.

- 1) à Phraseologia: der Göttl. Liebes-Kuß ex Cant. I, 2.
- 2) Ab allegoria: das unerschöpfliche Meer der Göttl. Güte / zu welchem gehört
 - a) Mare pacificum des Göttlichen Schutzes.
 - β) Mare Eristreum der Göttlichen Wollust.
 - γ) Mare Eoum der Göttl. Erleuchtung/ vel;
 1) Die Friedens-See. 2) Die Wollust-See. 3) Die See der Morgenröhte.
- 3) Ab allusione: Αγάπη divina oder das Göttlichen Liebes-Mahl à ritu Agaparum.
- 4) Ab Antonomasia: Mephiboseth an der Tasse des himmlischen Davids/ ubi considerandi veniunt.
 - α) Der himmlische David.
 - β) Der geistliche Mephiboseth. 2. Sam. IX, 7.
- 5) à Conceptu inexpectato: Jerusalems Glück: alles voll auff / ubi
 - α) Der Genuss des Göttlichen Schutzes.
 - β) Der Genuss Göttlicher Güte.
- 6) Ab Emblemate: Der Berg Gottes in drey geistlichen Bildern/
 - α) Wie er einen Schatten von sich wirft; cum inscriptione: sub umbra tuti, am Berge



ge ruhet sichs wohl / wo kühle Schatten
seyn.

- 6) Wie er unterschiedliche schöne Quellen
heget / cum inscriptione : fœundus ubique,
oder die Lebens-Quellen sind hier unverfaß-
schet und rein.
- 7) Wie er von der Sonnen überstrahlet
wird / cum inscriptione : lumen ubique,
oder nichts bleibt unerleuchtet bey solchem
Gnaden-Schein.
- 7) à Dialogo : Die mit Gott redende Menschen/da
 - a) Gott ihnen zuruft ; Kommt her zu mir
alle ic.
 - b) Die Menschen / die zu ihm schreyen und
seuffzen : Fülle uns frühe mit deiner Güte.
 - c) Da Gott ihnen antwortet : Esset mei-
ne Lieben / und trincket meine Freunde /
und werdet trunken.
- 8) à Cantico : Das Danck-Lied der Frommen;
sie singen :
 - a) Nun dancket alle Gott ex v. 8.
 - b) Der ewig reiche Gott ic. v. 9.
 - c) Lob / Ehr und Preis sen Gott ic. v. 10.
- 9) à circumstantia temporis v. g. Si quis tempore men-
sis Maii concionari deberet : Der liebliche May
der Göttlichen Güte.
- 10) à monetis : Exord. Zeiget mir die Zinse-Münze ;
Wes ist das Bild und die Überschrift ? Auff
einer Seite präsentiret sich

a) Secu-

a) Securitas mit der Überschrift : Securitas augusta...

β) Auff der andern Seiten : Ubertas cum cornu copia, mit der Überschrift ; Ubertas publica.

ALIUD EXEMPLUM.

Thren. III, 22. sq.

- 1) à phraseologia biblica : Das fröhliche Begegnen der Güte und Treue / ubi
 - α) Die immerwährende Güte
 - β) Die grosse Treue.
- 2) ab allegoria : Die Morgenröhte der Göttlichen Gnade / wie sie
 - α) täglich von neuen auffgehet /
 - β) über den ganzen Himmel sich ausbreitet.
- 3) Ab allusione ad ritum : Das immer brennende Feuer der Göttlichen Erbarmung / welches
 - α) niemahls verlöschet /
 - β) immer heller brennet.
- 4) Ab antonomasia : Die Rüthe Aaronis in der Hand unsers gütigen Gottes / wie sie
 - α) nicht verdorret.
 - β) herrlich blühet.
- 5) à Conceptu in exspectato e. g. Altes und Neues / ubi
 - α) Die neue Güte.
 - β) Die alte Treue Gottes.
- 6) Ab Emblemate v. g. Die Sonne in einem dreifachen Bilde.
 - α) Wie



- a) Wie sie untergehet / mit der Überschrift:
Sie hat noch kein Ende.
- b) Wie sie auffgehet / mit der Überschrift:
Alle Morgen neu.
- c) Wie sie am hellen Mittage leuchtet / mit
der Überschrift : Sie ist groß.
- 7) à Dialogo v. g. Gottes Unterredung mit den
Menschen / da ihn
- a) Gott anredet : Ich will dich nicht ver-
lassen noch versäumen.
- b) Der Mensch antwortet : Wie ist die
Barmherzigkeit des Herrn so groß.
- 8) à Cantione : Sions Lobgesang/
- a) Der erste Chor : Die Gottes Gnade
alleine / steht fest ic.
- b) Der ander Chor : Er herrschet im Himmelreich.

S. VI. Seqvitur quartum progymnasma, in-
ventionio partitionis, ubi ad duo respiciendum est.

I) Ad inventionem partium.

2) Ad earundem variationem & exornationem.

Circa inventionem partium sequentes regulæ
notentur.

I. Si textus unica enunciatione constet, partes
erunt subjectum & prædicatum.

II. Si ex pluribus enunciationibus idem subje-
ctum habentibus constat, tum prædicata pri-
maria dant partes.

III. Si constat ex pluribus enunciationibus, quæ
dive-

diversa subjecta & prædicata habent, partes erunt theses textus primariæ, per analysin operosam inventæ.

IV. Si textus *Historicus* sit, partes sunt Antecedentia, Concomitantia & Consequentia,

V. Si textus *Pædeticus* sit, partitio peti potest vel ex tabula 1. & 2. legis, vel ex tribus statibus hierarchicis, vel ex officiis erga DEum, nos ipsos, & proximum.

VI. Si partes difficulter inveniri possint, applicetur ad thema qvæstio vulgaris : qvis? qvid? ubi? qvibus auxiliis? cur? qvomodo? qvantum? Vel an? qvis? qvid? cur? qvocum? ex qvo? qvando? ubi, qvocum?

Circa *accurationem* notetur 1) qvod omnes partes contineri themate debeant, si non explicite, tamen virtualiter, & per bonam consequentiam. 2) Ut pars una non includat alteram. 3) Ut partes thema exhaustant.

Circa *variationem partitionis* notentur seqventes regulæ :

I. Si thema *artificiale* est, partes etiam artificiales sint.

II. *Partitio variari potest* 1) per adjectiva vel participia, 2) per adverbium qualitatis, 3) per gerundia.

§. VII. Seqvitur *inventio argumentorum homileticorum*, qvintum progymnasma. Ita enim appellatur qvicqvid orator sacer ad explicandum, probandum, movendum vel illustrandum textum afferre potest.



poteſt. Sunt vero alia innata, qvæ in textu latent, & inde eruenda ſunt; alia vero illata, qvæ ex arbitrio concionatoris aliunde petuntur, & textui applicantur. Ultraqve dividuntur

- 1) In explicantia, qvibus ſenſus textus indicatur, & ſignificantius proponitur.
 - 2) Docentia ſeu probantia, qvibus auditor infor- matur & veritates incalcandæ probantur.
 - 3) Moventia, qvibus auditor excitatur &
 - 4) Illustrantia, vel juxta alios amplificantia ſeu delectantia, qvibus concio exornatur.
- I) Argumenta explicantia innata ſunt:
- a) Antecedentia & conſequentia, eorundemq; connexio cum textu ſeu contextus.
 - B) Vocabula & phrases textu originali extantes, earundemque emphases.
 - γ) Loca parallela.
 - δ) Dubia exegētica ē textu enata. Illata vero ſunt 1) Variæ interpretum ſententiæ, ſeu col- latio versionum & Commentariorum.
 - 2) Applicatio regularum hermenevticarū.
- II) Argumenta docentia innata ſunt Articuli Theo- logiæ Theticæ vel moralis, in textu latentes, una cum rationibus probantibus, in textu occurrentibus, ubi circa qvemlibet locum considerari poſſunt cauſæ, proprietates, effectus, ſigna & diſtinctio- nes. Illata vero ſunt dicta ſcripturæ probantia & aliæ rationes Theologicae, ab analogia fidei, testimonio librorum ſymbolicorum, patrum, Theologico- rum, interdum etiam rationes philosophicae.

III)

*III) Argumenta moventia innata sunt affectus in tex-
tu latentes, & affectuolæ expressiones. Illata sunt
historiæ tragicæ, conceptus inexspectati, exagge-
rationes.*

IV) Argumenta delectantia innata sunt.

- 1) Explicatio conceptuosa vel meditativa vocabu-
lorum & phrasum singularum textus.*
- 2) Illustratio vocabulorum & phrasum textus ori-
ginalis ex antiquitate. Illata sunt*
 - a) Historiæ delectantes rariores.*
 - b) Similia.*
 - c) Emblemata & imagines biblicæ.*
 - d) Acrotismi, seu dicta biblica brevissima, in-
geniose applicata.*
 - e) Digressiones ad alias materias.*

Conf. Leigh: *Critica sacra*; qvoad historias confer.
Erasmi Scripta, præprimis acerram Exotitorum;
qvoad Similia conf. Möller Similia; Alstedii Simili-
a theologica, Stiefflers Gleichniss-Schatz;
qvoad emblemata conf. Wilh. Hesei emblemata
sacra.

§. IIX. *Proæmia & Exordia* certos fontes ha-
bent, ex quibus petenda sunt. Sunt vero illi vel *com-
munes* utrique, nempe tam procemio, quod prælectio-
nen textus antecedit, quam Exordio, quod eandem
sequitur, vel sunt proprii alterutri istorum. Fontes
communes sunt

- 1) Dicta parallela*, sive sint saltem verbaliter sive
realiter sive utroque modo parallela.

C

2) Loca



- 2) *Loca biblica* de materia textui opposita , vel contraria agentia.
- 3) *historia biblica* cum textu conveniens.
- 4) *Locus communis*, vel fundamentum docendi, in textu latens.
- 5) *Explicatio fundamenti delectantis* in textu obvii.
- 6) *Quæstio vel controversia quædam* e. g. Si textus sit ex Psal. XXXVI,8, sq. Exordium peti potest.
- 1) ex Psal. XXXIV, 9. Schmiedet und sehet ic.
- 2) ex Psal. LXXIX, 5.
- 3) ab historia Josephi, fratres convivio excipientis.
- 4) à loco theologico, de providentia.
- 5) à fontibus miraculosis, ex historia naturali notis.
- 6) à Quæstione : ubi paradiſus fuerit ? Resp. in textu nostro ostenditur.

Fontes proprii Introitus, seu proemii, sunt :

- 1) *Omnia dicta, ad attentionem, devotionem & preces fundentes excitantia.*
- 2) *repetitio concionis antecedentis,*
- 3) *allusio ad circumstantiam temporis.*
- 4) *Scopus & causa impulsiva , vel Scopus textus.*

Fontes proprii Exordii sunt :

- 1) *Consideratio autoris vel libri biblici , in quo textus continetur.*
- 2) *Consideratio verborum textum præcedentium.*
Observerunt etiam sequentes regulæ.
 I. Loco proemii interdum precatio ad Deum institui potest.
 II. *Exordium nonnunquam eleganter petitur à dicto*

à dicto biblico, quæstionem vel collationem continente, ita, ut thema & tractatio sicut responsionem ad istam quæstionem vel allocutionem. v. g. Exordium petatur ex Matth. VI, 31. Si Textus sit 1. Reg. XVII, 14.

III. Si thema artificiale est, Exordium ex eo fonte petatur, unde thema petitum est.

§. IX. De usibus ; qui sunt vel mere applicativi, & regulis non indigent ; vel argumentativi, sive meditativi, ubi thema inculcatur, qui porismata appellantur. Hic igitur agendum est 1) de porismatum inventione, 2) de eorum exornatione.

I.) Facto enthymemate vel Syllogismo conditionali, triplici viâ porismata inveniuntur :

1) per ascensum.

a) à parte ad totum v. g. ex dicto : Sangvis IESu Christi mundat nos ab omnibus peccatis, E. meritum Christi nos salvat.

β) à particulari ad universale : E. omnes homines sanguine Christi possunt mundari.

γ) à cauſato ad cauſandum E. immensa Dei misericordia nostram emendationem querit.

δ) à minori ad majus E. per sanguinem Christi etiam coelestis gloria obtineri potest. Huc pertinet etiam ascensio à terrenis ad coelestia, à membris ad caput.

2) per descensum, videlicet.

C 2

a) à



- a) à toto ad partem, E. sangvis Christi nos mundat à reatu, macula &c.
 b) à majori ad minus, E. mundati sanguine Christi terrena bona longe magis à Deo accipient.
 c) ab universalis ad particularia : E. sangvis Christi mundat à Peccato Originis.
 d) à causa ad causatum : E. & fides nostra, sanguinem Christi apprehendens, mundat à peccatis, sive ab aeterno exitio.
 e) à principali ad minus principale e. g. verbum Dei est amandum E. integritas fontium sancte habenda est. Huc etiam pertinent porismata à coelestibus ad terrena, à capite ad membra ducta v. g. Christus, caput nostrum, patiendo gloriam obtinere debuit E. & nos, qui ejus membra sumus.
 f) Per parallelismum seu ab æquilibus ad æqualia, quod fit
 a) à dicto ad contrarium e. g. sangvis Christi mundat nos ab omnibus peccatis E. merita operum, indulgentia &c. non mundant à peccatis.
 b) à fine ad media E. & media, meritum Christi applicantia, sunt adhibenda.
 c) ab exemplo bono ad imitationem, vel ab exemplo malo ad fugam, seu omissionem.
 d) à

δ) à sensu litterali ad mysticum , nempe vel ad Christum , vel ad ecclesiam , vel ad vitam interiorem , vel ad vitam æternam .

ε) à promissione ad impletionem .

ζ) à typo ad antitypum .

Ad usus inveniendos utile etiam est respicere ad *affectus in textu latentes*. Omnes enim affectuosæ expressiones dant nova porismata. Cum vero ex quolibet textu plura porismata erui possint , ex illis unum , duo vel tria eligenda sunt , quæ loco usuum , post explicationem textus , proponantur , ubi duo observanda sunt :

- 1) Ut porismata illa electa non procul recedant à scopo textus , & fundamento docendi & movendi.
- 2) Ut ad circumstantias , & conditionem auditorum quadrent.

Classes usuum vulgo quinque recensentur , nempe usus

- 1) Didascalicus.
- 2) Elenchiticus.
- 3) Pædevticus ,
- 4) Epanorthoticus &
- 5) Paracleticus.

Sed rectius usus dividuntur in *simplices & mixtos*. *Simplices* , qui ordinario in ecclesia nostra usurpantur , vel sunt primarii , nempe quinque isti supra enutnerati ; seu secundarii , nempe usus pœnitentiales , sive porisma ad pœnitentiam applicatum ; usus meditati-



tivus seu porisma ad devotam meditationem ducens ; & usus comminimatorius seu porisma poenam instantem indicans. *Usus mixti* appellantur, in quibus non adeo stricte ad quinque illa genera respicitur, sed talia porismata formantur quae ad plura simul genera referri possunt, atque adeo mixte tractari debent, quales usus *Anglis concionatoribus* praesertim placent, quorum methodi principia, usus formandi, sequentes sunt :

- 1) ut ex textu regulas quasdam eruam.
- 2) ut quasdam momenta textus specialia, & quasi cimelia, vel gemmas textus, loco usum proponam.
- 3) ut aliquot quæstiones practicas ex textu formam.
- 4) ut meditationes speciales (*Andachten*) ex textu conficiam.
- 5) ut suspiria quasdam loco usum tractem.

EXEMPLUM Usum mixtorum,
Psal. XXXVI, 8. sq.

- 1) per regulas :
 - a) Wen Gott beschützt / der ist recht beschützt.
 - b) Wen Gott segnet / der ist recht gesegnet.
- 2) per momenta specialia :
 - a) Die überschattende Flügel Gottes.
 - b) Die Quelle der göttl. Güte.
- 3) per quæstiones :
 - a) Wo ist der sicherste Schutz ?
 - b) Wo ist die angenehmste Lust ?
- 4) per

4) per meditationes mysticas oder Andachten :
Erweget noch zu eurem Nutzen :

- a) Gottes unschätzbare Liebe.
- b) eure unermäßliche Glückseligkeit.
- c) eure unumgangliche Schuldigkeit.

5) per suspitia :

- a) Herr wie groß ist doch deine Güte und Gnade !

b) Ach gib daß wir derselbe würdig werden !

Exornatio usuum septem modis fieri potest :

- 1) aphoristicè, seu porismata usualia per aphorismos, seu regulas, proponuntur.
- 2) Thematicè, si ex porismatibus singulis themata usualia formentur.
- 3) Zeteticè, si porismata singula in quæstiones redigantur.
- 4) Emblematicè, si ex quolibet porismate Emblema formetur.
- 5) Biblicè, si porisma usuale seponatur, & in ejus locum substituatur dictum biblicum emphaticum.
- 6) Historicè, quando quod sunt porismata usualia, tot historiæ memorabiles proponuntur, & sub hoc velo ipsa porismata insinuantur.
- 7) Hymnicè, si per cantiones sacros, quando porismata sub vestimento versuum quorundam ex sacris cantilenis proponuntur.

EXEMPLUM variationis.

Porismata usualia sint duo :

C 4

1) didas-



- 1) *didascalicum* : divina providentia omnes tuerunt homines.
- 2) *Pædevticum* : Gratia Dei impense est laudanda.
Variatur.
- 1) *aphoristicè* : Gottes Vorsorge beschützt einen jeden am besten ; E. Preiset die Gute Gottes über alles.
- 2) *Thematicè* : Zwei Dinge sind / die wir nicht müssen zurück lassen / sondern aus unserm Text zu unsren Nutzen mit uns nehmen :
1) Die bedeckende Hand Gottes zu unserer Nachricht. 2) Die Gottlobende Zunge / zu unserer Nachfolge.
- 3) *Zeteticè* : Prüset euch / dilecti, und fraget eure Herzen / ob sie aus unserm Texte so viel gelernt haben/dass sie nun antworten können auff diese beyde Fragen : 1) gehet denn Gottes beschützende Vorsorge über alle Ercaren ? 2) Wie soll mans anfangen/ dass man solche grosse Gute gnugsam verdancke ?
- 4) *Emblematice* : Erhebet nochmahls eure Augen / und schauet im Himmel / da wir alle hin wollen / so werdet ihr darinnen erblicken zwey Evangelische Sinnbilder / welche den Nutzen unsers Textes in sich fassen :
a) Den Thron der Göttlichen Vorsorge / zu dessen Füssen viel hundert tausend Menschen liegen / cum inscriptione : Wie thuer ist deine Gute ?

β) Die

- β) Die Heiligen im Himmel / welche mit erhabenen Händen den / der auff dem Thron sitzt / loben / cum inscriptione : Du bist würdig zu nehmen Preis und Ehre.
- 5) Biblicè : Lasset uns zwey merkwürdige Biblische Sprüche mit nach Hause nehmen / welche uns den rechten Nachdruck un Nutzen unsers Textes vorstellen / und uns desselbent öfters erinnern können. Der erste soll seyn Psal. CXXXIX, 14. Wunderbarlich sind deine Werke ic. Der andere ex eodem loco : Aber das erkennet meine Seele wohl.
- 6) historicè : Unter eine gute Regul gehören auch gute Exempel. Unser Text ist einer der herrlichsten Reguln , laßt uns auch solche Exempel hören / daraus wir dessen Nutzen besser erkennen mögen ;
- a) Exemplum : Die Historie des Schäffers / welchen die Cardinale bey einer Kröte antraffen / daß er Gott davor dancete / daß er ihn nicht also erschaffen hätte. Applicetur ad neglectum à plerisque considerationem divinæ providentiae.
- β) Exemplum vom Julio Cæsare, welcher / als er Alexandri M. Bild ansah / weinete / daß er schon so alt worden / und noch bey weiten nicht so viel / als jener / gutes
C s gethan



gethan hätte. Applicetur ad neglectam
laudem divinæ providentiaz.

7) Hymnicè, seu per cantiones sacras : Haben
wir unsern Text bisshero recht verstehen ler-
nen / so lasset uns auch denselbigen nützlich
anwenden/ und zur Probe dessendem HErrn
sing in unsern Herzen / damit unser An-
dacht auch dadurch desto mehr ermuntert
werde/ lasset uns singen : 1) Von Gott wil
ich nicht lassen ic. 2) Lob Ehr und Preis
sey Gott ic. ic.

Posset etiam loco usum colloqvum ex textu institui
inter Deum & animam , inter Deum & mundum, inter
animam & mundum, item potest institui Examen con-
scientiaz , Gewissens . Prüfung.

SECTIO II.

CONTINENS PROGYMNASMATA RHETORICA.

S. I.

Progymnasmata rhetorica sunt orati-
unculae simpliciores , ex quibus orationes ma-
iores componantur. Dividuntur.

- 1) in generalia , qvæ sunt
 - a) Enthymema ,
 - B) Syllogismus rhetoricus.

γ) Chri-

- ❀ ❀ ❀
- γ) Chria.
 - δ) narratio.
 - ε) qvæstio & responsio.
 - 2) in *specialia*, quæ rursus dividuntur in *doceentia*, *moventia* & *delectantia*. His etiam addi possunt *Progymnasmata extraordinaria* nempc.:
 - 1) votum. 4) Laudatio.
 - 2) gratulatio. 5) Vituperatio.
 - 3) gratiarum actio. 6) querela.

§. II. *Enthymema* duabus periodis necessariò constat, nempc.

- 1) *Protasi* seu *antecedenti*, quod est *doctrina*, qvæstio, dictum *biblicum*, simile, *historia*, *Apophthegma*, vel *emblema* aliquod.
- 2) *Apodosi* seu *Consequenti*, qvod est *applicatio* seu *Consecutarium* ex *antecedenti* deducitum v. g. *Protasis*: Die Opffer / die Gott gefallen/sind ein gedängsteter Geist. *Apod.* So bringe doch deinem Gott diese ihm wohlgefällige Opffer.

§. III. *Syllogismus rhetoricus* tribus periodis constat, qvarum *prima* fundamentum *discursus* explicat; *secunda* idem applicat; *tertia* conclusionem inde derivat. Ubi ordo trium istarum periodorum pro lubitu variari potest. v. g. Wer von GOTTE ist der höret Gottes Wort / ihr seyd nicht von GOTTE / darumb höret ihr auch Gottes Wort nicht.

§. IV. *Chria* ex qvatuor, qvinqve vel pluribus periodis constat, *minimum* ex qvatuor:

1) Ex



- 1) Ex *Exordio*, quod occasionem, cur de hac vel ista re loquemur, indicat.
- 2) Ex *Theesi ipsa*, quae materiam loquendi principalem proponit. Hic nonnulli interponunt Paraphrasin sive explicationem theses.
- 3) Ex *confirmatione*.
- 4) Ex *illustratione*.

Potest etiam addi

- 5) *Applicatio*, usum theses ostendens
- 6) *Conclusio*, thesin repetens & inculcans, imo & illustrationes plures fieri simul possunt, nempe
 - 1) à simili.
 - 2) à dissimili & contrario.
 - 3) ab exemplo vel historia
 - 4) à testimonio biblico vel profano.
 - 5) ab Apophthegmate.

S. V. *Narratio historica ex pluribus periodis* constat, quarum numerus indefinitus est. Formatur autem seqventi modo :

- 1) breve *Exordium* præmittitur, qvod etiam omitti potest.
- 2) *historia enarranda in enunciationes s. particulas* dividitur, quarum quælibet una cum singulis circumstantiis peculiariter recensetur.
- 3) intersperguntur hinc inde inter enunciationes istas, *observationes*, *meditationes*, *questiones*.
- 4) *interdum personæ prolixius loquentes introducuntur*, vel *cogitationes & affectus eorum pathetice explicitentur*.

5) *Appli-*

5) *Applicatio addi vel omitti potest.*

§. VI. *Questio & responsio est etiam progymnasma, cuius partes sunt.*

1) *qvæstionis propositio.*

2) *ejusdem exaggeratio per argumentum dubitandi.*

3) *Responsionis propositio.*

4) *ejusdem exaggeratio per argumenta decidendi.*

5) *solutio rationum dubitandi.*

6) *præmitti potest Exordium & subjungi applicatio.*

Ques̄tiones sunt: an? qvid? cur? quantum? qvalē? ex qvo? quando? ubi? quorum?

Seqvuntur specialia progymnasmata.

Specialia progymnasmata docentia sunt: Didascalia, Elenchus, Pædia, Epanorthosis, Paraclesis, Promissio, Comminatio, Precatio, Paraphrasis, Exegesis, Merismos, distributio, Citatio dicti scripturæ, & observatio.

§. I. *Didascalia sequenti modo elaboratur:*

1) *ponitur thesis, e. g. DEus est infinite misericors.*

2) *Ένθεσις probans, in qua argumenta didascalica recensentur, nempe*

α) à testimonio scripturarē

β) ab analogia fidei

γ) à consequentia legitima.

δ) à testimonio librorum symbolicorum.

ε) à testimonio patrum & Theologorum.

ζ) ab absurdis contrariae opinionis.



7) à glorioſo, quia gloriā DEI auget, ſeu gloriæ
divinæ conuenit. Addi etiam potest *Ex theſi*
explicans, in qua oſtenduntur doctrinæ illi-
us, quæ præ manibus eſt, 8) fontes 9) cau-
ſæ 10) signa 11) limites ſeu termini 12) Abu-
ſus & cautelæ. Subjugitur Conclusio theſin
repetens vel exagerans, veletiam inculcans.

Ornamenta didascalicæ ſunt:

- 1) *Anadiploſis.* 2) *Admirationis affectus.*

§. II. *Elenchus* conſtat

- 1) ex *Theſi*, qvæ errorem refutandum proponit.
2) ex *Ektheſi confutanti*, qvæ argumenta elenchi-
ca adducit, nempe
1) ab *ayραφίᾳ*, ſeu silentio ſcripturæ.
2) ab *avλιγραφίᾳ* ſeu à contrariis testimoniiis
ſcripturæ.
3) ab *avανυλγείᾳ*, ſeu, qvod nulla in errore
iſto cohæſio ſit.
4) ab absurdō.
5) à blasphemo.
6) à periculoſo.
7) à confessione adverſariorum iſorum.
3) Ex *Ektheſi respondenti*, qvæ argumenta adver-
ſariorum ſolvit.
4) ex conclusione.

Ornamenta Elenchi ſunt

- 1) *Occupatio Rom. IX, 6.*
2) *Exclamatio.*
3) *Adjuratio adverſarii oder Beschwerung.*

§. III.



§. III. Pædia constat

- 1) ex thesi v. g. preces ad DEum perpetuo sunt fundenda.
- 2) ex Ekthesi, qvis continet argumenta pædevtica seqventia:
 - a) à mandato DEI, in scriptura expresso.
 - b) à mandato naturæ, & conscientiæ.
 - c) à necessario.
 - d) ab honesto.
 - e) ab utili.
 - f) à jucundo.
 - g) à facili, ubi impedimenta removeantur.
 - h) ab incommodis & periculis omissionis.
 - i) ab exemplis sanctorum.
 - k) à præmii.
 - l) à gaudio DEI & bonorum.
- 3) ex conclusione.

Ornamenta Pædie sunt:

- 1) Obtestatio, 2) Obscuratio. Rom. II X, t. 3) Adjuratio 2. Tim. IV, 1. 4) Anaphora.

§. IV. Epanorthosis continet

- 1) Thesin v. g. avaritia est fugienda.
- 2) Ekthesin, in qua proferuntur argumenta epanorthotica, nempe
 - 1) à prohibitione DEI.
 - 2) à prohibitione ipsius conscientiæ.
 - 3) ab inhonesto.
 - 4) ab inutili.
 - 5) à molesto & difficulti.

6) ab



6) ab omissione boni contrarii.

7) ab exemplis malorum detestandis.

8) à pœnis.

9) à gaudio diaboli & impiorum.

Ornamenta Epanorthoseos sunt:

1) *Excitatio Zeli vel pudoris,* 2) *pudoris querela,*

3) *Comminatio Esa. V. v. 3. 4.*

§. V. *Paracletis constat*

1) *Protasi,* qvæ calamitatem, cuius gratia consolatio institui debet, proponit & exaggerat v. g. gravis est Anti-Christi persecutio.

2) *Apodosi,* qvæ ipsam consolationem complacitum v. g. non tamen desperandum, de animus excitandus est.

3) *Ekthesi,* qvæ argumenta continet paraclætica, nempe

α) à divina providentia.

β) à divina omnipotentia.

γ) à misericordia.

δ) à Christi merito & amore.

ε) à spiritu S. auxilio interno.

ζ) ab exemplis Christi & piorum, similia patientium.

η) à necessitate crucis.

θ) ab ejus utilitate.

ι) ab ejus brevitate.

κ) à testimonio bonæ conscientiæ.

λ) à promissione divina.

μ) à spe gaudii cœlestis.

3) *Con-*

- 3) Conclusionē seu Epithesi, denuo animum mœstum excitante.

Ornamenta paracleſeos sunt:

- 1) Sympathia des Mittleidens Bezeugung.
2) Occupatio. 3) Sermocinatio.

§. VI. Promissio constat

- 1) ex Protasi, qvæ desiderium rei promissæ exhibet v. g. tu ex pectas finem præsentiarum turbarum.
2) Ex Apodosi seu principali thesi, qvæ promissio nem continet v. g. turbæ hæ finem felicem propediem obtinebunt.
3) Ex Ethesi, qvæ complectitur argumenta promissoria nempe
1) ab autoritate DEI promittentis
2) ab amore DEI.
3) ab ostensione mediorum executionis.
4) à rei promissæ magnitudine vel excellentia.
5) ab ejus utilitate
6) ab exemplis impletæ promissionis
4) ex conclusione.

Ornamenta eadem sunt, qvæ paracleſeos fuerunt.

§. VII. Comminatio continet

- 1) protasin, qvæ causam impulsivam comminatio nis tradit, v. g. tu peccator secure! nec Deum, nec homines revereris.
2) Apodosin vel thesin, qvæ ipsam comminationem profert e. g. sed pessimè tibi hæc securitas cedet.
3) Ethesin, qvæ proponit argumenta comminatoria sequentia:

D

a) ab



- $\alpha)$ ab autoritate Dei comminantis.
- $\beta)$ ab ejus ira justissima.
- $\gamma)$ ab ejus potentia infinita.
- $\delta)$ ab ostensione mediorum executionis.
- $\varepsilon)$ à poenæ magnitudine.
- $\zeta)$ à poenæ noxa gravissima.
- $\eta)$ ab exemplis impletæ comminationis.

4) Conclusionem.

*Ornamenta Comminationis sunt vel extant
Ezech. XXXIV, 8.*

§. IIX. *Precatio* qvinqve partes continet nempe

- 1) *Introitum brevem*, in quo occasio precum indicatur, vel paucis insinuatur, nos coram Deo stare, atque Deus adorandus juxta peculiare aliquod attributum describitur.
- 2) *Thesin*, qvæ proponit id, quod petimus.
- 3) *Ektthesin*, qvæ continent argumenta precatoria nempe
 - $\alpha)$ à mandato Dei ad preces fundendas.
 - $\beta)$ à Dei veracitate & promissione audiendi.
 - $\gamma)$ à Dei amore & misericordia.
 - $\delta)$ à nostra spe & fiducia.
 - $\varepsilon)$ à laude Dei, qui alias nostras preces exaudiit.
 - $\zeta)$ à petitæ rei honestate, utilitate & pietate.
 - $\eta)$ ab ejus necessitate.
 - $\vartheta)$ à nostra miseria & indigentia & impotentia.
 - $\iota)$ ab obtestatione per sanguinem Jesu Christi, aut attributum aliquod divinum.

4) Apo-

- 4) *Apodosin*, in qua gratitudo Deo promittitur.
 5) *Conclusionem vel Epithesin*, qvæ thesin repetit,
 & spe exauditionis obsignat. e. g. *Psal. XLIII.*

§. IX. *Paraphrasis duplex est*, nempe *naturalis*, & *rhetorica*, qvarum hæc longè ornatiōr est, & non nisi ad objecta nobiliōra applicari debet. *Partes paraphraseos naturalis* sunt, ut :

- 1) conceptus generalis ejus rei, quæ per paraphrasi explicanda proponatur.
- 2) connexio cum antecedentibus indicetur.
- 3) singulæ propositiones illius textus, qvi per paraphrasin est exponendus, prolixius deducantur, subjectum & prædicatum cuiuslibet singulariter vel speciatim describatur.
- 4) circumstantiæ cuiuslibet propositionis, qvæ ad rem quadrant, recenseantur.
- 5) Connexio cum consequentibus ostendatur.

Paraphrasis rhetorica non solum stylo gloridiori est conscribenda, sed præterea hypotyposes, prosopopœiæ intersperguntur, cogitationes & affectus personarum in textu occurrentium explicantur. Denique exaggerationes, imò & digressiones variæ adduntur.

Paraphrasis optime instituitur in persona loquentis, & tantum in Tractatione adhibetur.

§. X. *Exegesis* sequentia argumenta adhibet:

- I) *Contextum*, ubi respicitur.
 - a) ad librum biblicum, ex quo textus est petitus.
 - B) ad partem libri specialem, ex qua textus desumitur.

D, 2

γ) ad



- 2) ad antecedentia & connexionem cum illis,
sive ad subsequentia & connexionem cum
illis.
- 2) *textum originalem*, ad quem pertinent
- a) variæ significations, vel potius usurpationes
vocum in textu occurrentium.
 - b) emphasis earundem ad materiam substratam
applicata.
 - c) phrases biblicæ, in textu occurrentes.
- 3) *Loca parallela*.
- 4) *varias interpretum sententias*, & earundem
conciliationem, vel tamen judicium nostrum de
eodem (e. gr. *Läßt dir an meiner Gnade ges-*
nügen.)
- 5) *Vindicationem textus ab abusu adversariorum.*
- 6) *Conciliationem Locorum bibliorum cum textu*
pugnantium.
- vid. Prückneri vindiciae biblicæ ; Waltheri Har-
monia biblica.

§. XI. Appendix Exegeseos est *Hermenia sive*
Investigatio & inquisitio veri sensus, maxime in locis
difficilibus. Continet.

- 1) *Thesin*, quæ difficultatem hermeneuticam pro-
ponit.
- 2) *Ekthesin*, quæ regulam vel principium herme-
neumaticum affert, ex quo difficultas ista solvi
debet.
- 3) *Apodosin*, quæ applicationem regulæ ad præsen-
tem difficultatem instituit.
- 4) *Illu-*

- 4) Illustrationem, qvæ exempla hermenevtica similia addit.

§. XII. *Mερισμός sive distributio* locum habet in textibus universalibus, fitq; seqventibus modis:

- 1) removendo ea, qvæ hue non pertinent, & recentendo, qvæ huc pertinent.
- 2) per præsens, præteritum & futurum, sive antecedens, Concomitans & conseqvens.
- 3) per cœlestia & terrestria, corporalia & spiritualia.
- 4) per tres status, ecclesiasticum, politicum & œconomicum.
- 5) per juventutem, ætatem virilem & senium.
- 6) per initium, medium, & finem.
- 7) per decem præcepta.
- 8) per tres articulos Symboli Apostolici, ubi juxta primum articulum speciatim respiciendum ad bonavel mala, corporis, animæ, honoris, divitiarum, agnatorum &c. Juxta articulum secundum distributio institui potest per Christi nativitatem, vitam, passionem, mortem, resurrectionem & ascensionem, nec non per tria officia Christi, in specie per triplex regnum. Juxta tertium articulum distributio conficienda est peractus gratiæ œconomicos, nempe vocatiōnem, regenerationem, & justificationem & sanctificationem.
- 9) per septem petitiones.

§. XIII. *Citatio dicti scripture & pro gymnasia, qvod adhibetur, qvoties dictum aliquod præ-*

D 3

gnans



gnans & singulare inculcandum est , qvod ita fieri potest , ut

- 1) in *Thesi* ipsum dictum citetur cum commemoratione ponderis (mit einem Nachdruck) ejusdem.
- 2) in *Ektthesi* dictum illud breviter explicitur , & aliquantenus illustretur.
- 3) In *Epithesi* speciatim ad materiam substratam applicetur.

S. XIV. *Observatio* est pro gymnasma , quo rior quædam *observatio* exegética , moralis vel didascalica proponitur , ita ut

- 1) in *Thesi* ipsa *observatio* proferatur.
- 2) in *Ektthesi* eadem confirmetur vel illustretur , aut fundamentum observationis adducatur.
- 3) in *Epithesi* eadem applicetur.

Porro sequuntur ex specialibus progymnasmatisbus *Pro gymnasmata moventia* & quidem hoc ordine :

- | | |
|---------------------------|------------------------------|
| 1) Excitatio attentionis. | 13) studii vel Zeli. |
| 2) devotionis. | 14) iræ. |
| 3) complacentiæ. | 15) pudoris. |
| 4) displicantia. | 16) commiserationis. |
| 5) admirationis. | 17) desiderii. |
| 6) lætitia. | 18) sedatio tristitia. |
| 7) tristitia. | 19) sedatio metus. |
| 8) spei. | 20) sedatio odii. |
| 9) metus. | 21) sedatio studii seu Zeli. |
| 10) amoris. | 22) sedatio iræ. |
| 11) odii. | 23) sedatio desiderii. |
| 12) confidentiæ. | |

Tris.

Tria pertinent ad affectus movendos 1) *impetus die force*. 2) *gestus die Mienen* / 3) *judicium*, qvod observat a) qvid deceat dicentem, b) qvid deceat audientem, c) qvid deceat rem, de qua dicitur.

I. *Exitatio attentionis* locum vel sedem habet præsertim in procœmio & initio usus. *Argumenta interna* huic facientia, sunt

1] Exaggeratio rei, de qua loquendum est, qvæ fit ostendendo ejus magnitudinem, excellentiam, necessitatem, vel jucunditatem.

2] repræsentatio rerum invisibilium coram oculis auditorum tanquam facta.

3] applicatio rerum fortuitò factarum.

4] locutiones seu allusiones ad auditorum statum, circumstantias temporis & loci pertinentes.

5] historiæ patheticæ, elegantes & singulares.

6] conceptus inexpectati. *Argumenta externa* sunt

a) Exclamatio.

β) Apostrophe (*wein ich einen unversehens anrede.*) Circa gestus obserandum est, qvod status corporis sit variandus, vox deprimentia & subito elevanda.

II. *Devotio* sedem habet in tota concione, præsertim in usu didascalico; *Argumenta interna* sequentia sunt:

1] dogma fidei seu mysterium, ut incomprehensible & jucundissimum repræsentetur.

2] DEI & Angelorum præsentia inculcetur.

3] conceptus devoti ex Theologia mystica & ascetica afferantur. *Argumenta externa sunt:*

1] Suspiria.

2] Allocutio DEI. Facies sit meditabunda, oculi non errantes, sed in cœlum vel alium locum quendam stabilem defixi, manus saepe complicantur, interdum eleventur.

III. *Complacentia excitatur seqventibus argumentis internis.*

1] Si ostendatur jucunditas objecti.

2] Si similia à rebus valde obviis, & quotidie in oculos incidentibus, petantur.

3] Si scrupuli & dubia, aliæque difficultates ; è medio tolluntur. *Argumenta externa hic sunt*
 a) communicatio cum auditoribus,
 b) hypotyposis vel repræsentatio. Gestus sint
 sedati, vultus quasi subridens, vox moderata
 & tardior, motus manuum æqualis, non
 violentus.

IV. *Displicentia movetur argumentis internis seqventibus :*

1] exaggeretur rei displicituræ malitia, turpitudo, molestia vel difficultas.

2] Similia à rebus, quæ auditoribus maxime molestæ sunt, afferantur.

3] Auditores per repræsentationem variorum incommodorum & scrupulorum qs. anxii redditur. *Argumenta externa rursus sunt Communicatio & Hypotyposis.* Vultus sit aliquo modō

modò torvus, vox concitior, manus projici possunt, sed mediocriter.

V. Admiratio excitatur seqventibus argumentis internis:

- 1] Objecti admirandi incomprehensibilitas, & magnitudo exaggeretur.
- 2] Ex opposito nostra tenuitas exaggeretur.
- 3] ostendatur, rem illam plane esse contra communem opinionem, ubi varia paradoxa sunt confienda.
- 4] Similia à rebus maximis, incognitis, & singulis afferantur. *Argumenta externa hic sunt*
 - a) Exclamatio.
 - b) Aposiopesis *O ic. ich wil lieber stille schweigen.*
 - c) Apostrophe. *Psal. CXIV.*
 - d) Interrogatio. Diese brauchet man bey allen affectibus. Facies sit qs. attonita, vox excitata, sed interrupta, manus eleventur interdum & complicantur. Sedes hujus affectus præsertim in usu didascalico est. Bey Fest-Tagen in Praeomiis, nec non in Conclusionibus tempore festivali adhiberi potest.

VI. Lætitia excitatur seqventibus argumentis internis

- 1) exaggerando objecti læti magnitudinem & amoenitatem.
- 2) exaggerando infelicitatem status præcedentis.
- 3) exaggerando felicitatem futuram ex objecto læto oriundum.



4) lætitiam DEI & Angelorum de nobis repræsentando. *Argumenta externa sunt*

α) exclamatio Cant. II, 3. 4.

β) Προσωποποίia, qvas res ; inanimatae nobiscum gauderent.

γ) Apostrophe , ad DEum , sanctos &c. Vultus sit erectus & alacris ; vox excitata & sensim surgens , (i. e. nach und nach stärker / höher) manus possunt projici & elevari.

Objectum lætitiae spiritualis sunt 1) amor DEI , 2) beneficia DEI 3) certitudo salutis 4) bona conscientia . 5) familiaritas cum DEO 6) spes vitæ æternæ.

VII. *Tristitia* excitatur seqventib. *argumentis internis*

1) exaggerando objectum triste

2) exaggerando felicitatem status præcedentis.

3) exaggerando mala futura ex objecto tristi proditura.

4) ostendendo , qvod media emendationis vel nulla adsint , vel difficillima sint. *Argumenta externa sunt*

α) exclamatio

β) hypotyposis & τεργωτωδος

γ) Apostrophe ad objectum triste vel ad socios tristitiae.

δ) Cogitationum tristium repræsentatio per Consectaria , qvorum unum ex altero nascitur. Vultus sit depresso & lugens , vox sensim descendens ; manus dejiciantur vel lente complicentur.

Obje-

Objectum tristitiae spiritualis sunt, 1) peccatum, 2) ira divina, 3) nostra imbecillitas spiritualis, 4) metus futurorum, 5) poenæ, 6) calamitates externæ præsentes.

IIX. Spes excitatur seqventibus argumentis internis.

- 1) exaggerando bonum speratum
- 2) ostendendo ejus possibilitatem, & media illud obtinendi.
- 3) repræsentando certitudinem boni sperati.
- 4) removendo obstacula & impedimenta ; *Argumenta externa sunt :*
 - a) Apostrophe ad illos, qui bonum speratum jam obtinuerunt.
 - b) Communicatio cum illis, qui sperare debent. Facies sit excitata & celerior, manus sæpe ad eundem locum extendantur, ut objectum speratum q.s. digitis ostendi videatur.

Hoc affectu plerumque in Paraclesi utimur.

IX. Metus excitatur seqventibus argumentis internis.

- 1) exaggerando malum, qvod metuendum est.
- 2) ostendendo periculum futurum.
- 3) media, de mali possibilitate & certitudine repræsentando. *Argumenta externa sunt :*
 - a) exclamatio.
 - b) apostrophe ad socios mali, vel eos, qui in periculo jam versantur.
 - y) formulæ optandi. Facies sit demissa & perturbata, vox submissior & raro elevata, ita tamen, ut statim ad tonum submissum relabatur;



tur; manus qviescant, & rarò projiciantur,
ac statim retrahantur.

X. Amor excitatur seqventibus argumentis internis.

- 1) exaggerando rei amandæ naturam amabilem,
amœnitatem, utilitatem vel necessitatem.
- 2) ostendendo, qvod res illa nos vicissim amet,
& beneficiis afficiat.

- 3) repræsentando conjectaria optima amoris.

Argumenta externæ sunt:

a) colloquium cum re amata.

c) hypotyposis conversationis svavissimæ cum
re amata. Vultus sit amœnus, vox suavior,
gestus manuum æqualis, & magis ad corpus,
quam à corpore.

In usu pædevtico, interdum & didascalico hicce affe-
ctus excitari potest.

XI. Odium movetur seqventibus argumentis internis:

- 1) repræsentando rei odiosæ naturam, utilitatem,
obscenitatem, molestiam.

- 2) Ostendendo, qvod illa nos odio habeat, & da-
mnis variis afficiat.

- 3) repræsentando ejusdem fraudes & malitiam.

- 4) ostendendo conjectaria infelicissima amoris &
familiaritatis cum tali re odiosa. Vultus sit tor-
nus, vox interdum intercisa, manus moveantur
inæqualiter & magis à corpore nostro, qvam ad
corpus; manus aliorum moveantur, caput ali-
orum moveatur.

**XII. Confidentialia excitatur seqventibus argumentis in-
ternis.**

- 1) exag-

- 1) exaggerando rei, in qvam confidendum est, potentiam.
- 2) ejusdem bonitatem & benevolentiam,
- 3) repræsentando media, qvæ parata sunt ad auxilium nobis ferendum ; argumenta externa sunt :
 - a) apostrophe ad adversarios, qvos spernemus dicimus propter fiduciam in DEum vel alium.
 - β) hypotyposis, seu repræsentatio ejus, in quem confidimus, qvatenuis occupatus est in nobis juvandis ; Facies sit elata & lætior, vox sonore & cum pondere & rigore (nachdrücklich) prolata. Reliqvi gestus, ut in excitatione gaudii formentur.

XIII. *Studium seu Zelus excitatur seqventibus argumentis internis :*

- 1) exaggerando voluntatem superioris severam, maximè Dei.
- 2) exaggerando nostrum debitum.
- 3) exempla aliorum pathetice repræsentando. Argumenta externa sunt :
 - α) crebræ apostrophæ & repetitæ adhortationes.
 - β) observationes.
- γ) laudatio inchoatæ diligentia. Vox sit concitata (munter und hurtig) vultus eretus, manus sæpe extendantur, & non statim retrahantur, (man muß die Hände eine Zeitlang ausgestreckt halten.)

XIV. *In excitatur seqventibus argumentis internis :*

- 1) exag-

- 1) exaggerando atrocitatem objecti , qvod iram excitat. (Sonderlich über mala dogmata , & vitia in usu Elenchitico & Epanorthatico.)
- 2) exaggerando odium Dei & Sanctorum.
- 3) ostendendo qvod Deus, jus naturæ , commodum ecclesiæ vel reipublicæ &c. sancti patres &c. verbum Dei & sacramentum spernantur ; *Argumenta externa* sunt :
 - a) exclamations.
 - b) comminationes. Facies sit qs. perturbata , caput saepius moveatur ; vox concitata & interdum interrupta , manus vehementius projiciantur, & interdum cathedra percuti possunt.

XV. Pudor excitatur seqventibus argumentis internis :

- 1] turpitudinem rei exaggerando.
- 2] eam comparando cum majestate Dei, sanctitate Angelorum , piorum atque dignitate hominis, Christianismi.
- 3] ostendendo, quantus contemptus ex re tali oriatur (apud Deum , angelos, pios &c.)
- 4] commendando , qvod in judicio extremo totum genus humanum nostra facta manifester cognitum sit. Gestus ferme convenienter cum istis , qui in affectu odii representati sunt.

XVI. Commiseratio moyetur seqventibus argumentis internis :

- 1] exaggerando infelicitatem ejus , cui est commiserandum.
- 2] ostend-

2] ostendendo, qvod illam infelicitatem non com-
meritus sit.

3] comparando ejus miserum statum cum felicitate
aliorum indignorum, vel

4] cum antecedente ejus felicitate. *Argumenta
externa sunt*

α) Προσωπωσία personæ miserabilis.

β) dialogismus cum eadem.

γ) Obscuratio. Gestus idem sunt, qui in affe-
ctu tristitiae.

XVII. Affectus desiderii excitatur argumentis in- ternis:

1] exaggerando rei desiderandæ nobilitatem, pul-
chritudinem & utilitatem.

2) exaggerando nostram indigentiam.

3) considerando felicitatem illorum, qui bono isto
jam jam potiti sunt; *Argumenta externa sunt*

α] interrogations,

β] vota crebra; Facies sit ad cœlum conversa;
vox sit excitata.

XVIII. Hic describenda est Exaggeratio, qvæ mi- nistra & comes est omnium affectuum; & dividitur in materialem, & formalem; Materialis exag- ratio fit

1) per circumstantias.

2) per mensuram quantitatis, h. e. ostendendo rei
exaggerandæ magnitudinem, multitudinem, ex-
tensionem, durationem, altitudinem, excellen-
tiam, intensionem,

3) per



- 3) per μερομόν.
 4) per hypothesin.
 5] per comparationem cum alia qvadā re insignt.
 6] per consectariorum ostensionem. *Formalis ex-
 aggeratio fit :*
 a] per Anaphoram, quando verba exaggeranda
 ab initio cujuslibet periodi repetuntur.
 β] per Epiphoram, qvando verba ista repetun-
 tur in fine periodorum.
 γ] per Climacem, quando sensim ad majora
 ascenditur.
 δ] Huc etiam facit Epizeuxis.
 ε] Synonyma elegantia & pathetica, nec non
 vocis elevatio & manuum motus aliquod
 pondus verbis conferunt.

XIX. *Sedationes affectuum supra enumeratorum*
ita fiunt, ut argumenta, talem affectum excitantia,
saltem invertantur.

Tandem etiam sequuntur ex specialibus
progymnasmatisbus, progymnasma dele-
ctantia, sunt autem seqventia :

- | | |
|---|----------------------|
| 1] Hypotyposis, | 7] Emblema seu imago |
| 2] περιστοποίησις | Biblica. |
| 3] Simile. | 8] Comparatio. |
| 4] Historia. | 9] Icon. |
| 5] Fabula. | 10] Dialogismus. |
| 6] Conceptus inexpectatus. | |
| I. <i>Hypotyposis rem gestam vivis velut coloribus repræ-</i> | |
| <i>sentare, & oculis tanqvam præsentem sistere debet.</i> | |
| ii] Hic | |



- 1) Hic singulæ circumstantiæ & particulae actionis speciatim considerari debent, & qvando aliquid observatu dignum deprehenditur, subsistendum, illudque specialiter repræsentandum est.
- 2) affectus personarum & cogitationes indicandæ sunt.
- 3) Colloqvia inter eas sunt instituenda, atqve passim interspergenda est Communicatio cum auditoribus, qs. ipsi actioni istæ interessent; interdum etiam Consectaria vel porismata ex hac vel ista circumstantiâ deducantur.

II. Circa Προσωποποιίαν nihil speciatim est notandum.

III. Similia ex scriptoribus Anglis & Henr. Mulleri; it. ex Geieri scriptis colligenda sunt, in qvibus præstantissima occurunt.

IV. Historiæ, ex quibus qvædam sunt breviores, qvæ saltem hinc inde interspurguntur, vel ad eas in transatu alluditur; quædam prolixiores, quæ data opera narrantur, atque, ubi opus est, per hypotyposin & exaggerationem proferuntur; Et hæ præsertim sunt colligendæ; nempe præcipue

- 1) Tragicæ ex Zieglero, & Harsdörfferi Schaußpielen; it. ex Bisselii libro de illustribus ruinis.

- 2) Asceticæ historiæ (erbauliche Historien) qvæ colligendæ sunt cum judicio ex vitiis Sanctorum; ex Scriptis Patrum; item ex Palladii historia Lausiaca (cujus Scripta nostro tempore rarissima sunt.)

- 3) Historiæ admirandæ, & plane singulares.

E

V. Fabu-



V. *Fabulae* in usibus, ed cautè, adhiberi possunt, qvæ in re Itali regnant; Habent autem seqventes duas classes:

- 1) *Fabulas mysticas* seu repræsentationes rerum moralium & spiritualium sub ficta narratione complectitur. conf. Berhardi Parabolæ; it. Scripta Moscheroschii & Bunian, cujus not. sunt das Leben von Mons. Qyoad Reise nach dem Himmel / Krieg zwischen Christo und dem Teuffel ic. Ferrantis & Pallavicini Opera sind auch gut.
- 2) *Fabulas ad Æsopicarum imitationem factas*, qvales Lutherus amavit. Mons. Fonteneille in Frankreich macht iho auch dergleichen. Addi etiam possunt qvædam fabulæ judaicæ, & ex mythologia gentilium, sed proponantur cum judicio & accurate sint selectæ.

VI. *Conceptus inexpectati*, (alias etiam *argutiae* dicuntur, et si hic terminus nimis angustus sit,) sunt dicta rariora, quæ nemo facile exspectasset, sed cum judicio prolata. In his excellunt Itali & Galli, præsertim Bouhours in seinem ingenieußen Gedanken der Kirchen-Väter oder der neuen und alten Scribenten. Conceptuum horum classes præcipuae sunt seqventes:

- 1) *Causa inopinata* e. g. Das Creuz soll uns lieb seyn / weil es das Bette gewesen / darauff Christus gelegen hat / da er starb ; oder : Das Glück ist beständig / denn es ist allezeit unbeständig/ est semper eadem.
- 2) *Antithesis vel oppositio inopinata* v. g. der Weg zum

zum Himmel und zur Höllen sind einander in allen Stücken zuwider / der zum Himmel hat sehr viel Stufen / der zur Höllen aber eine einzige ; Jener ist eine Leiter / darauff man hinauff klettern muß ; dieser ein särher Fels / von welchen man auff einmahl in den tieffen Abgrund springet.

- 3) *Consecratum inexpectatum*, e. g. Ein Christ hat in dieser Welt keine Ruhe. Ergo ist er ein Planet / welcher aber weit edler ist / als hundert Fix-Sterne.
- 4) *Comparatio inexpectata* v. g. mala mulier , etsi ap̄ dissimillima sit, similis tamen in eo est, qvod aculeum gerit.
- 5) *Allusio ad vocis sonum & literas* : e. g. Die Liebe wird ein rechtes Übel / wenn sie das böse L. aus der Fleisches-Lust und Augen-Lust behält ; wenn sie aber dasselbe ihren Gott durch dankbares Loben und gottseeliges Leben übergiebt / so heißt es von ihr : übe sie / exerce amorem.
- 6) *Allusio ad antiquitatem, fabulam vel historiam inexpectata* , e. g. Hier ist mehr denn Hercules ; ich will sagen / ein Held im Christenthum trifft es besser / als jener Griechische Held. Hercules schrieb über seine Seulen : non ultra ; ein Christ aber setzt vielmehr darüber : plus ultra.
- 7) *Oxymoron* v. g. Lazari miseria erat sine miseria, perierat nisi periisset ; das Leben ist gestorben/
 E 2 damit



damit der Todt ein Leben würde ; infelix felicitas, qvæ sedem felicitatis, cœlum, claudit, felix infelicitas qvæ cœlum aperit.

- 8) *Applicatio inexpectata dicti biblici*, e. g. von einem frommen Cheweibe eines Christlichen Mannes kan man sagen/was dort die Magd Rhode sprach : es ist sein Engel / Act. XII, 15. In hac parte excellit Caspar Neumannus, Vratislaviensis. Conf. in primis seine gesammleten Früchte.

- VII. *Emblema*, quod est *imago* cum *inscriptio*ne seu *lemmate*, ubi *imago* est *instar corporis*, *lemma* *instar animæ*. *Reqvista* *ejus*, si *perfectum* esse *debet*, sunt :
- 1) ut *imago* semper *actionem* *aliquam* *repræsentet*.
 - 2) ut neque *imago* *sola*, neque *lemma* *solum* *sufficienter* *intelligi* *possit*, sed *unum* *explicetur* *per alterum*.
 - 3) ut *imago* sit *in natura* *dabilis*, non mere *ficta*; Sed non *plura*, qvam *duo* *supposita* *in imagine* *dentur*. Addunt etiam Itali,
 - 4) ut *lemma* sit *petitum* *ex parte* *versus* *ex prisco autore* *aliquo*. Regulas conficiendorum *Emblematum* optime dederunt Emanuel Thesaurus & Scipio Bargaglia, Itali, Menestrerius de arte *Emblematum*. Exempla autem videantur in GUIL. HESI *Emblematibus* *sacris*; Georgette à Montenar *Emblematibus Christianis*, & Picinelli *Mundo Symbolico*. Qvod si *imago* vel *lemma* *ex sacris literis* *petitum* sit, vocatur *imago Biblica*, atque *majorem* *licentiam* *habet*, qvam *Emblema*

ma stricte dictum. vid. Dilherri imagines
biblicæ.

VIII. *Comparatio*, quæ instituitur inter personam & personam, rem & rem, historiam & historiam, v. g. inter Salomonem & Paulum, inter diluvium vanitatē & hujus Seculi juxta omnes circumstan-
tias; qva in re excellunt Galli, præsertim Rena-
tus Rapinus in Comparationibus veterum & re-
centiorum. NB. Wenn ich die Usus exorni-
ren will / kan ich Comparationes gebrauchen.

IX. *Icon*, gallicè Pourtrait (moralis repræsentatio) est repræsentatio, & quasi pictura moralis per-
sonæ alicujus memorabilis v. g. Davidis, Augu-
stini, qva in re Galli maximè excellunt. Petun-
tur ex sacris litteris & ecclesia sacra. conf. Philo-
strati Icones, Schuppii Regenten-Spiegel.

X. *Dialogismus*, sive formatio ingeniosi colloqvi, est
vel cum anima nostra, & sic vocatur *Seelen-
Gespräch*; vel inter Deum & animā, & sic porro.
In priori genere excellit Henr. Müllerus. Merentur
qvoqve hīc conferri Augustini Soliloquia, Bar-
thii Soliloquia, & Gerhardi Meditationes.

Appendix ad Progymnasmata.

Ad Progymnasmata referri etiam debet doctrina de
*Amplificatione, Applicatione, Connexione, &
usu Concordantiarum.*

I. *Amplificatio* est vel *verbalis* per *Synonyma, Epithe-
ta, Adverbia, interrogationes & allocutiones*, vel
realis, eaqve vel *philosophica*, vel *historica*, vel



rhetorica, vel vulgaris.

Philosophica fit, rem definiendo, ejusque causas, proprietates, effectus, signa & species enarrando.

Historica amplificatio fit per enumerationem omnium circumstantiarum juxta versum : qvis ? qvid ? ubi ? &c.

Rhetorica fit.

- 1) per μεταμόρφωσιν, de quo supra.
- 2) per hypotyposin seu applicationem ad exempla.
- 3) per comparationem & disparationem, seu similia & dissimilia.
- 4) per meditationes.
- 5) per schemata rhetorica v. g. per Prosopopoeiam, Anaphoram, Epiphoram, gradationem seu Climaçem.

Vulgaris amplificatio fit per remotionem ; quo etiam pertinet Jesuitica amplificatio ad singulas voces alicujus dicti, vel versus, sæpiissimè satis notæ. vid. Knittelii *Via Regia* ad omnes scientias.

II. *Applicatio* duplex est; nempe *naturalis*, qvæ fit

- 1) removendo dissimilitudinem.
- 2) ponendo vel ostendendo convenientiam ; & *artificialis*, qvæ fit.
 - a) per exaggerationem illius, qvod est applicandum, & illius, ad quod est applicandum.
 - β) per anaphoram, seu repetitionem ejus, qvod applicandum est in initio singularum periodorum.
 - γ) per Epiphoram seu repetitionem illius, ad qvod

qvod applicatio fieri debet in fine singularum periodorum. Fones applicationis sunt :

- 1) caussæ
- 2) partes & species.
- 3) propria & accidentia
- 4) effectus & consequentia.

III. Connexio, quoad materiale, seu transitio, omnium optimè fit

- 1) à thesi ad hypothesin.
- 2) à thesi ad Antithesin.
- 3) à caussa ad caussatum.
- 4) à subjecto ad adjunctum vel proprium ejus ; quoad formale autem elegantissimè fit
 - a) per Gnomen seu sententiam momentosam.
 - β) per Apostrophen.
 - γ) per formulas biblicas selectas, e. g. Ich will euch auch was fragen / nicht allein aber das / sondern ic. it. Du must hier nicht bleiben. it. Stehet auff und lasset uns von hinnen gehen. vid. Joh. Möller's Tractat. de connexione sacra.

IV. Deductio per Concordantias, præstantissimum artificium homileticum, de qvo exstant peculiares libri : Conradi Kircheri, Andreæ Glauchii & Feustkingii. Res omnis reddit ad seqventes regulas :

REG. I. Loca biblica, in Concordantiis inventa, dividantur in 7. Clases, qvæ in ipsis Concordantiis certis quibusdam signis notari possunt.

C. Prima classis continet loca ad caussas pertinentia. Ut exemplo perpetuo rem illustremus, de caussis sitis (des Durstes) agitur Exod. XVII, 3. Joh. IV, 14.



- N. *Secunda classis* continet Loca de forma, natura, affectionibus & speciebus sitis agentia Job. XXIV, 11. Psal. LXIX, 23. Amos VII, 11. Psal. XLII, LXIII, 2. Psal. CVII, 5. Esa. LXV, 13. Matth. V, 6.
- E. *Tertia classis* continet dicta de effectibus & consequentibus agentia, v. g. de effectibus sitis Psal. CIV, 11. Exod. XVII, 3. Judic. XV, 11. Sap. XI, 15.
- S. *Quarta classis* continet dicta de subjectis agentia, v. g. de subjectis, sitientibus, Exod. XVII, 3. Psal. CIV, 11.
- F. *Quinta classis* continet dicta de fine & scopo agentia v. g. de fine sitis 2. Cor. XI, 27.
- O. *Sexta classis* continet dicta de Oppositis agentia v. g. de oppositis sitis Es. XLIX, 10. Joh. VI, 35.
- A. *Septima classis* continet Acrotismos seu formulas biblicas, breves & ponderosas v. g. Acrotismos de siti Jud. IV, 19. Ruth. II, 19. Esa. XXI, 14. Joh. XVII, 37. XIX, 28.

REG. II. Singulæ classes applicentur ad partes tractationis, ad usus & Exordia. e. g. Classis prima ad Exordium speciale; Classis secunda ad partem primam. Classis 4ta ad partem secundam; Classis sexta ad partem tertiam, Classis tercia & quinta ad usus. Acrotismi vero ex classe septima hinc inde distribuantur, ubi maxime quadrant.

REG. III. Ipsa deductio per Concordantias duplex est.

- 1) *vulgaris*, quando vocabula textus saltem in germanicis concordantiis evolvuntur, non habitatione textus primi genii.
- 2) *accuratior*, quando in vocabula textus originalis,

lis, eorumque radices inquiritur. Cæterum modus excerptendi, distribuendi in Classes & applicandi utrinque idem est. e. g. **Unser Wandel ist im Himmel/ evolve vocem Wandel.**

- 1) C. i. Petr. I, 15.
- 2) N. i. Petr. I, 17. 2. Petr. I, 3.
- 3) E. Jer. XXVI, 3. 1. Tim. IV, 12.
- 4) S. Act. XV, 3.
- 5) F.
- 6) O. Gal. I, 13. Ephes. II, 3. 1. Petr. II, 12. 1. Petri III, 1. 2.
- 7) A. Jer. XXVI, 13. Ephes. IV, 22.

Applicatio.

Propositio: Der Christen himml. Wandel.

a) Worin er bestehet?

b) Wohin er gehe?

Exord. ex 1. Tim. IV, 12. Huc pertinet Classis prima.

Ad partem primam referatur Classis secunda.

Ad partem secundam referatur Classis quarta.

Usus Epanorthoticus gehet wider ein Weltgesinnetes Leben / huc pertinet Classis sexta.

Usus paracleticus referendus est ad classem tertiam & quintam.

Ex Acrotismis pertinent sequentia dicta, ex classe septima petita, ad Usum Epanorthoticum Jer. XXVI, 13. Eph. IV, 22.

Aliud exemplum 1. Joh. I, 8.

Vox, καρδαίζω purgo, evolvatur.

E 5

I. C.



1. C. Matth. II X, 23. X, 8. Act. XV, 9. Ephes. V, 26.
1. Joh. I, 9. Ebr. IX, 14. & 22.
2. N. Matth. III, 12. XXIII, 26. 2. Cor. VII, 1.
Tit. II, 14.
3. E. Tit. II, 14.
4. S. Matth. VIII, 3. XI, 5. Luc. XVII, 17. Marc.
I, 42.
5. F.
6. O. Math. XXIII, 25. Luc. IV, 27.
7. A. Act. X, 25. Jac. IV, 8.

PARS II.

de

ipsa Concionum elaboratione agens.

§. I. Explicatis hactenus progymnasmatibus,
& apparatu ad conciones sacras conquisito, docendum
porro est, quia ratione concio elaborari, atque adeo
progymnasmata ista ad usum legitimum applicari
debeant; agendum igitur est 1) de partibus concio-
num ordinariis, 2) de variis methodis concionandi
3) de particularibus speciebus concionum.

SECTIO I.

de

Partibus concionum ordinariis.

Partes concionis ordinariæ ex usu in
ecclesia nostra hactenus recepto sunt sequentes:
1) Proœmium sive Introitus.
2) Exor-

- 2) *Exordium*,
 3) *Propositio*.
 4) *Tractatio*.
 5) *Uſus*.
 6) *Conclusio*.

§. II. *Proœmium seu introitus est*

- 1) *commune*, qvod ad varias conciones applicari potest, atque consistit in generali excitatione devotionis, attentionis, admirationis, vel præparatione ad preces.
- 2) *proprium*, qvod ad thema appropriatum est, ita tamen ut generalius sit Exordio. Petitur ex fontibus supra commonistratis Part. I. Sect. II. Elaboratur seqwentem in modum, ut nempe *duas complectatur partes*, qvarum
 a) est *protasis*, & constat ex progymnasmate aliquo docente, movente & delectante, qvod electum ex arbitrio Oratoris & maxime quadrat ad fontem proœmii.
 b) est *Apodosis*, qvod 1) progymnasma illud applicat ad textum vel materiam substratum 2) transitionem ad preces facit.

§. III. Circa *Exordium* idem omnino observandum est, nisi qvod

- 1) applicatio speciatim ad thema & partitionem fieri debeat.
 2) qvod in proœmio magis respiciatur ad movendum auditorem; in Exordio vero ad docendum vel delectandum.

§. IV.



§. IV. Circa propositionis elaborationem nihil adeo notari potest. Consistit enim in simplici enarratione thematis & partium, adjecto voto, qvod, si fieri possit, speciale sit, & ad thema alludat.

§. V. Tractatio ita elaboratur, ut singulæ ejus partes contineant.

- 1) explicationem.
- 2) illustrationem.

Explicatio triplex est.

a) *textualis*, qvæ fit per paraphrasin, exegesin, hermeniam & reliqua progymnasmata explicantia.

β) *fundamentalis*, qvomodo fundamenta docendi & delectandi ex textu eruuntur, & elaboratur per didascaliam, meditacionem &c.

γ) *affetuosa*, qvæ elaboratur per exaggerationē; Illustratio elaboratur per omnia progymnasmata delectantia nec non per deductionē ex Concordantiis.

§. VI. Quilibet usus ordinariò tribus partibus constat, nempè

1) *Tractatione usuali*, qvæ est progymnasma aliqvod docens v. g. didascalia, paedie &c.

2) *Commotione seu excitatione affectus*, qui ad usum istum quadrat. Quadrant vero ad usum didascalicum admiratio, acquiescentia, devotio; Ad usum elencticum displicantia, odium, Zelus. Ad usum paedeticum complacentia, amor virtutis, studium & desiderium. Ad usum

Epa-

Epanorthoticum, displicentia, odium, pudor, Zelus, & Commiseratio. Ad usum paracleticum lætitia, spes, amor & confidentia.

- 3) Illustratione, qvæ elaboratur per progymnasma aliquod delectans v. gr. Emblema; Hic notanda est regula: qvod in Tractatione usuali ante omnia ostendi debeat, usum ex textu fluere, & qvod præ cæteris argumenta insita ex textu, tam probantia in Tractatione usuali, qvam moventia in commotione, & illustrantia in illustracione præferri debeant.

§. VII. Conclusio est Epithesis affectuosa totius concionis, estqve vel nuda, qvæ fit per abruptas exclamations, interrogations vel vota; vel ornata, qvæ tres partes habet, nempe

- 1) repetitionem brevissimam concionis.
- 2) Commotionem affectus, qvi per totam concionem regnavit vel in proximo usu excitatus est.
- 3) Clausulam, qvæ fieri potest per acrotismum biblicum, precationem, votum vel particulam Cantionis ecclesiastice.

§. VIII. Itaque elaboratio concionis ex ha-
c tenus dictis sic instituenda est, ut

- 1) textus electus resolvatur per analysin simplicem & operosam.
- 2) thema naturale & ejus partes qværantur.
- 3) si schematicè concionandum sit, Exordium qvæ-
ratur, ex quo schema exoriatur, atque hinc the-
ma & partes schematicè fiant,

4) usus



- 4) usus inveniantur.
- 5) Procēmūm qvāratur
- 6) argumenta docentia , moventia & delectantia
ad elaborationem concionis conqvirantur , at-
que adeo excerpta specialia colligantur juxta se-
quentem typum :

Excerpta ad Textum Phil. III, 20. 21.

I. Argumenta explicantia :

Connexio : Paulus antea vituperaverat voluptatibus obnoxios ; nunc vero Christianismi indolem ostendit.

Voces explicentur

- a) **Unser**
- b) **Wandel πολίτευμα.** Tertullianus reddit municipium : Die kleine Städte wurden bei den Römern municipia genannt / weil sie es mit einer grossen Stadt halten mussten / von welcher sie ihre Gesetze bekamen. Hieronymus

Alluditur ad verba præcedentia : irridisch gesinnet.

Ergo πολίτευμα notat curam animi , studium & intentionem.

πολίτευμα h. e. conversatio ; ita Ambrosius , Thomas Aquin. Luther. h. e. Bürger-Recht / ita Photius , Balduinus.

utrumque & conversationem & jus civitatis intelligitur. Calovius h. e. ratio & modus vivendi ; Lebens-Arth Buddaeus.

Loca parallela Ebr. XII, 22. Rom. VIII, 24. Phil. I, 2. sq.

2) im

γ) im Himmel h. e. animo jam in cœlo sumus
Grotius; nihil qvam cœlum cogitamus Glassius,
vel veram reqviem in cœlo invenimus Calovius.
h.e. nomina nostra in libro vitæ scripta sunt Phil.
IV, 3. Glassius; non in cœlo naturali Gen. I, 1.
hoc enim peribit 2. Petr. III, 10. nec Empyreo
Scholasticorum, sed in cœlo gloriæ Rivinus
2. Cor. V, 12.

δ) von dannen non intelligitur cœlum, sed
πολιτευμα cœlestē, h. e. ideo expectamus Jesu,
qvia cives cœli sumus Grotius.
h. e. Christus de cœlo veniet. Calovius.

ε) warten

ζ) nichtigen græc. μωείωσις h. e. erniedrig-
ten sive vile, abjectum corpus Grotius.
h. e. qvæ capax est humiliationis, miseriæ Ca-
vius. L. V. Gen. III, 19. Joh. XIV, 13. sqq.

η) verklären/ græc. μεταμορφίζειν h. e. trans-
figurare. Intelligitur mutatio accidentalis ra-
tione qualitatis Rom. XII, 1. Cor. VI, 6. quæ in
vita æterna fiet. Calovius.

Alluditur ad statum exaltationis Christi Che-
mnius.

θ) ähnlich ratione splendoris.

h. e. corpora beatorum erat qvidem similia, sed
non eadem cum corpore Christi Selneccerus;
major tamen erit gradus gloriæ corporis Christi
Menzerus.

L. S. Rom. VIII, 29.

•) Wür-



4) **Würckung.** Intelligitur omnipotentia Christi, quam etiam juxta humanam naturam habet, Calovius.

vox *avégyea* alias de DEO Patre usurpatur. Eph. I, 19.

5) alle Dinge conf. Joh. III, 13.

λ) unterthänig machen h. e. omnes creaturæ Christum adorare debent, Chrysostomus.

II. Argumenta docentia.

Fundamentum est doctrina de resurrectione, & in specie de glorificatione corporum;

1) **caussa efficiens** hujus glorificationis est Christus Joh. XIX, 25. Joh. V, 21. Cap. VI, 39. Apoc. I, 18.

2) **caussa meritoria** est meritum Christi Joh. XI, 25. Rom. IV, 25.

3) **forma** consistit in der Einfleidung unser Leib mit den geistlichen Qualitäten und Glanz. 1. Cor. XV, 41. sq.

4) **quæritur**, an omnes electi post resurrectionem Christo facie similes futuri sint præsertim in statura? affirmit Augustinus; negant Nostrates.

5) fiet hæc clarificatio & mutatio corporum *uno* momento 1. Cor. XV, 51. 17.

6) **hæc doctrina valde difficilis** est. Augustinus ait: vellem de his verbis doctiorem audire.

III. Argumenta moventia:

Fundamentum est spes.

1) **gloria corporum resurgentium** exaggeratur. vid. Mayerus. 2) Abra-

- 2) Abraham & alii credentes hac gloria jam fruuntur vid. cantio : Alle Menschen müssen sterben / u.
- 3) Deus hanc glorificationem certissime promisit I. Cor. XV.
- 4) Monita Augustini Mater. vid. Titii Exemplar-Buch / p. 833.

IV. Argumenta delectantia :

Fundamentum : Wandel/ ähnlich.

- 1) *Wandeln.* Im Pabsthum werden diejenigen/ so nach den heiligen Dertern wallfarthen/ eingetheilet in Palmträger ; welche nach dem Grabe Christi reisen / Pilgrim ; welche nach St. Jacob in Spanien ziehen/ und Muscheln zum Zeichen heben. vid. Menagius in Originibus Italicis.
- 2) *Emblema :* Italus qvidam mahlete einen mit kostlichen Wahren beladenen Last-Wagen cum lemmate : reddit onustus.
- 3) *facie simillimi fuerunt Antiochus Rex Syriæ , & Archenion ; Pompejus M. & Vibius ; L. Plancus celebris orator & Rubrius.* vid. Solini memorabilia.

V. Acrotismi.

- 1) Matth. IX, 28. in usu didascalico.
- 2) Gen. XXIV, 58. in clausula concionis.

VI. Loca Biblica.

- 1) *Wandel* Dan. II, 44. Gen. IV, 9. Ebr. XI, 9.
F X, 13.



- X, 13. sq. XII, 22. XIII, 14. XIV, 1. sq. Ephes. II, 19.
- 2) von dannen Joh. III, 13.
 - 3) verklären z. Tim. II, 11. sqq. 1. Cor. XV, 42. sq. 53. sq.
 - 4) ähnlich 1. Cor. XV, 48. z. Tim. II, 12.

VII. Porismata.

- 1) im Himmel / E. vera reges solum in celo datur, Theophylactus, Calovius p. 785.
- 2) Wandel. Animus noster, ubi amamus. Grotius.
- 3) nichtigen Leib. Hinc solatum petere possunt, qui morbis obnoxii sunt Job. XIX, 25. sqq.
- 4) Würdung ic. Humana Christi natura omnipotens est Psal. IIX, CX. Matth. XXIX, 19.

Excerpta distribuantur. Exordiis, Tractationi, atque usibus suum tribuatur; quod fieri potest per schedulam, in qua e. gr. ad Exordium, Partem primam &c. annotentur saltem litteræ, vel signa alia, quibus excerpta in superiori typo designata fuerunt.

Textus Phil. III, 20. 21.

Proæmium: Gen. XVI, 8. Wo wilstu hin?

Exordium de variis peregrinationum speciebus.

Thema: Die Wallfahrt der Hoffenden/

a) Wie dieselbe angestellte wird / ubi

1) subjectum unser / wir.

2) indeoles wandeln / warten. E. b.

3) qualitas im Himmel. E. c.

β) wohin sie gerichtet wird? Resp. zu Christo/ cuius

1) per-

- 1) persona & officium D. b.
- 2) actus glorificationis , nichtigen Leib verklären. E. f. g. h. D. c. d. f.

3) *idem* E. i. x. λ.

Usus Epanorthoticus : Christl. Pilgrim werffen die Muscheln von sich. D. b.

Usus consolatorius : Sie fassen die Siegespalmen in die Hände M. a. b. c.

Elaboratio ipsa , *juxta regulas* , *in hoc capite præscriptas* , *fiat*.

SECT. II.

DE

METHODIS CONCIONUM.

Methodi concionandi dividuntur 1) generaliter. 2) specialiter. In generali divisione methodus est vel *analytica*, vel *synthetica*. *Analytica* methodus dicitur , qvando objectum sive thema concionis ex *analysi operosa* petitum est , adeo ut textum exhaustiat ; *Reqvista* ejus sunt,

- 1) ut textus per analysin operosam sit resolutus.
- 2) ut materia concionis eadem sit cum materia textus, nec latior, nec strictior.
- 3) ut argumenta innata , vel solum vel præcipue usurpentur.

Synthetica methodus dicitur , qvando objectum sive thema concionis non proorsus idem est cum objecto textus, sed vel latius , vel strictius , vel saltem cognatum. *Reqvista* & signa sunt :

F 2

1) negli-



- 1) negligere analysis operosam.
- 2) argumenta innata vel negligere vel illatis postponere. *Quadruplici autem modo synthetice concionari possum,*
- 3) qvando objectum sive thema concionis *latius* est objecto textus, seu locus communis est.
- 4) qvando thema sive objectum concionis *strictius* est qvam objectum textus, qvod fit.
- 5) qvando specialis aliqua pars objecti textus fit objectum concionis.
- 6) qvando unica saltem vox vel enunciatio in textu pertractatur.
- 7) qvando objectum vel thema concionis est confectionarium, aut porisma ex textu petitum.
- 8) qvando objectum textus qvidem servatur, sed repræsentatur applicativè, ita ut applicatio ad personas, locum, tempus vel alias circumstantias ingrediatur ad ipsum thema.

In speciali & accidentalī divisione distingvendum est inter methodum dispositionis & elaborationis.

Methodi dispositionis sunt seqventes:

1. Methodus *paraphrastica* simplex, qva Galli ut plurimum utuntur, absolvitur seqventibus regulis:
 - 1) Exordium vel plane omittatur, vel sit brevissimum.
 - 2) Omittatur partitio explicita, interdum etiam ipsum thema.
 - 3) Omnes enunciationes textus per paraphrasin deducantur intermixtis interdum observationibus, & exaggerationibus.

4) *Uſus*

- 4) Usus referuntur ad finem Tractationis.
- II. Methodus *paraphrastica mixta*, qvæ etiam Balduiniana dicitur, qvia Balduinus & alii Theologi Lutherani veteres eadem sunt usi. Regulæ, qvibus constat, sunt sequentes:
- 1) Exordiū vel plane omittatur, vel sit brevissimum.
 - 2) Partitio omitti, vel adhiberi potest, sicut & thema.
 - 3) Postquam enunciatio aliqua textus per paraphrasin exposita est, statim usus subjiciatur. Dicitur enim mixta à permixtione tractationis & usum.
 - 4) Usus particulares non elaborentur.
 - 5) Conclusio prolixior, & applicativa esse debet.
- III. Methodus *dogmatica*, qvæ Anglis maximè usitata est, consistit in sequentibus regulis:
- 1) Exordium sit breve.
 - 2) Thema omitti vel adhiberi potest.
 - 3) Tractatio ex dogmatibus, in textu latentibus, vel ex eo fluentibus, postquam verba textus brevissime explicata fuerint, consistit. Plena est etiam Tractatio observationibus.
 - 4) Tot partes tractationis sunt, qvot sunt dogmata principalia.
 - 5) Loco usum usurpantur meditationes.
- IV. Methodus *fundamentalis* in eo consistit, ut
- 1) ex qualibet parte textus fundamentum docendi, movandi & delectandi eruatur, atqve applicetur.
 - 2) cuilibet fundamento breves usus subjiciantur. Thema pro lubitu adhiberi vel intermitti potest.
- V. Methodus *porismatica*, Jesuitis receptissima, vix facile



facile, nisi in concionibus Syntheticis adhiberi potest, atque in eo consistit, ut

- 1) Tractatio ex meritis porismatibus constet, quæ magno numero ex enunciationibus, vel etiam ex vocabulis textus eruantur, atque adeo quicquid in textu placet, eligatur, reliqua omittantur.
- 2) Uſus vel plane omittantur, vel in eorum locum dogma & preces substituantur.

VI. Methodus *articulata*, dicitur etiam Hunniana, qvia à B. Aegidio Hunnio introducta fuit, in eo consistit, ut

- 1) Singulæ voces, una post alteram, considerentur, atque ad thema vel partitionem non respiciatur. Considerari autem possunt voces
 - a) Grammaticè quoad originem, significationem & usum.
 - b) Biblicè, deducendo per Concordias.
 - c) Theologicè, vel philosophicè.
 - d) Moraliter.
 - e) Historicè.
- 2) Uſus post singulas voces intermisceantur.

VII. Methodus *Zeterica*, seu *questionaria*, dicitur, quando loco tractationis aliquot questiones ex textu formantur & pertractantur; loco uſuum vero Casus Conscientiæ, ita ut applicatio non negligatur.

IX. Methodus *parallelica*, qvæ B. Gerhardo & Glassio mire placuit, in eo consistit, ut duo textus parallelī simul tractentur, unus qvidem saltem prælegatur, alter vero in Exordio breviter explicetur,

&

& cum textu ordinario simul disponatur & pertractetur, adeo ut thema, partitio, & usus simul ex utroque textu fluant.

IX. Methodus *Ursiniana*, nomen obtinuit à Johanne Ursino Superintendente Ratisbonensi, qui Orationem profanam ad studium homileticum plenius applicandam esse statuit, adeoque sex partes connectionis constituit.

- | | |
|-------------------|--------------------|
| 1) Exordium, | 4) Confirmationem, |
| 2) Narrationem, | 5) Confutationem, |
| 3) Propositionem, | 6) Epilogum. |

X. Methodus *Aphoristica* dicitur, quando loco tractationis unus vel alter aphorismus ex textu petitur & pertractatur; Usus vero sunt applicationes Aphorismorum.

XI. Methodus *Thematica*, quæ hæc ipsa est, quam in præsenti institutione proponimus. Dividitur autem in thematicam simplicem, seu naturalem, quæ themate naturali utitur, & thematicam artificialem, quæ vulgo schematica dicitur, ac themate artificiali utitur, estque totuplex, quot sunt generathematum artificialium.

Sequuntur methodi elaborationis, quæ in modo eloquendi & elaborandi consistunt, suntque sequentes:

- 1) *Oratoria*, Gallis & Italisch usitatissima, utitur stylo florido; affectibus & figuris rhetoricae abundant, atque in movendo & delectando potissimum versatur. Exempla vide in Francisci Panigarola concionibus, & Wilhelmi Stanhurstii Jesu Patiente.



- 2) Methodus *Exegetica*, quando maxima concionis pars in Exegesi textus & dictorum parallelorum consideratione subsistit. vid. Carpz. & Geieri Coniciones.
- 3) Methodus *Concordantialis*, quando in elaboratione regnat deductio per Concordantias, in quo genere excellit Martinus Geierus.
- 4) Methodus *Nervosa*, Anglis & Hispanis præsertim usitata, in eo consistit,
 - α) ut paraphrases, & explicationes textus sint breves & plus in recessu habeant, quam dicitur.
 - β) ut ubivis usurpentur conceptus inexpectati & argutiæ. Exempla videri possunt apud Didacum de Baëza; ex Anglis apud Wattson. Thom. Adam & Wilkinson; ex nostratis apud Henr. Müllerum, Casp. Neumannum Wratislav. in seinen gesammelten Früchten.
- 5) Methodus *mixta* ex præcedentibus componitur, omniumque optima & consultissima est. Nam in Proœmio usurpari potest elocutio Oratoria, in Exordio Exegetica & Nervosa; in Tractatione Exegetica & Concordantialis; in Usibus Oratoria & Nervosa, ita tamen ut Oratoria & nervosa suis locis etiam immisceantur.

Huc etiam pertinent methodi anniversariae, in quibus textus Evangelici & Epistolici per totius anni cursum pertractantur, quarum species præcipue sunt sequentes:

Exordium Methodi anniversariae est

- 1) si semper ex certo quodam loco biblico illud petatur, vel, loco Exordii Articuli Theologici, historia



istoria ecclesiastica , aut aliquid hujus generis juxta ordinem consuetum pertractetur.

- 2) Si textus Evangelicus vel Epistolieus breviter in Exordio tractetur ; loco tractationis vero textus ex libro quodam biblico ordine successivo , vel articuli fidei , historia ecclesiastica , theologia moralis &c. prolixius tractentur,
- 3) Quando vox aliqua potior ex textu solo pertractatur , conquisito apparatu ex omni erationis genere ad hanc vocem pertinente.
- 4) Si textus semper eodem modo disponatur , v. g. si ex singulis Evangeliiis aut Epistolis proponantur :
 - a) Credenda , fugienda , facienda. aut
 - b) Lex & Evangelium. aut
 - c) DEI beneficium & nostrum officium. aut
 - d) via lata & angusta. aut
 - e) meditatio presentium praeteritor. & futuror. aut
 - f) Lux & tenebrae. aut
 - g) vita & mors. aut
 - h) Coelum & infernus. aut
 - i) Benedictio & maledictio , seu mons Ebal & Parizim. aut
 - k) Urim & Thummim , Licht und Recht. aut
 - l) Scala coeli & ejus gradus.
 - m) Die Wolken-Seule / und Feuer-Seule.
- 5) Si usus in qualibet concione eodem modo elaborantur , v. g. Si semper spectatur ad tres status , Ecclesiasticum , politicum & oeconomicum ; aut ad quatuor facultates &c.



SECTIO III.

DE

CONCIONIBUS PECULIARIBUS.

Peculiarares conciones, de quibus aliquid speciatim observandum est, sunt sequentes:

- 1) *Pœnitentiales, in quibus*
 - a)* abstinetur ab argumentis delectantibus.
 - b)* affectus tristitiae, metus & studii, tam in processio, quam in usibus diligenter moveantur.
 - c)* loco conclusionis precatio pœnitentialis formari potest.
 - d)* præsertim post Tractationem examen conscientiae instituendum est.
- 2) *Nuptiales.* vid. Heermann & Weyhenmayeri Hochzeit-Predigten. NB. In usibus muss ich auffs conjugium sehen. Vid. etiam Herbergeri Braut-Fackel/Tilesii Trau-Predigten; Rosemanni Ehe-liche Liebe (der sehr viel schöne Sachen hat.)
- 3) *Baptismales.* vid. D. Hoë Tauff-Predigten.
- 4) *Funebres, ubi*
 - a)* usus ad doctrinam de novissimis respicere debent.
 - b)* usibus postponenda specialis applicatio ad defunctum. vid. Roeberi, Hulsemanni, Joh. Ben. Carpzovii Leichen-Predigten / Geieri &c.

Erlische Reguln / erbaulich III predigen:

I. Man kan so wohl in methodo analytica als Synthetica erbaulich predigen.

II. Es

- II. Es dienet sehr viel zur Erbauung / wenn man die argumenta, textui innata, mit grossem Fleiß treibet.
- III. Die Subdivisiones mache man nicht gerne mit terminis philosophicis, sondern vielmehr mit terminis textualibus, oder per quæstiones, so leicht als man kan.
- IV. Man mische oft/ wo es sich schickt/ kurze Gebete und Geuffzer in die elaboration mit unter/ jedoch ohne affectation.
- V. Die Usus möchte man billig etwas weitläufigtiger machen / und mehr Zeit drauff wenden / als insgemein geschicht.
- VI. Es ist besser gethan / wenn man nicht allzu viel Usus macht / sondern nur 2. oder 3. und dieselbe desto aufführlicher tractiret.
- VII. Die Affectus s. müssen fleissig excitiret werden/ sonderlich in Proemio , usibus & conclusione.
- IX. Man muß öfters und fleissig inculciren die Lehren von der Natur des wahren seeligmachenden Glaubens / und in was vor Ordnung er erlanget und behalten wird ; Ferner von der Natur und Beschaffenheit der Wiedergeburt/ von dem Wachsen und Zunehmen in der Erneuerung ; Von der Vortreff ichkeit des wahren und thätigen Christenthums ; Von den Kräften zum gottseiligen Leben / und zur Überwindung des Bösen / welche wir aus dem Verdienste Christi / und den Heil. Sacramenten erlangen können ; imgleichen von den 4. innerlichen Haupt Quellen alles Bösen / welche sollen vertilget



tilget werden / nemlich Ehr-Geiz / Geld-Geiz /
Wollust und Eigensinn.

IX. In den Usibus muß man öfters eine Gewissens-
Prüfung anstellen / und insonderheit die bösen
Præjudicia, Entschuldigungen der Sünden / und
Hindernüsse des Guten aus dem Wege räumen.

X. Die Zuhörer müssen fleißig erinnert werden/
daß sie in geistlichen Dingen fürnemlich auff sich
selbst / und hernach erst auff andere sehen ; daß
sie die Christliche Dinge nicht obenhin und nur
äußerlich ; sondern inniglich tractiren / und also
alles auff das innerliche ziehen / doch ohne Fana-
tischen Missbrauch.

XI. In der Epanorthosi und consolatione muß man
nicht promiscue und absolute verfahren / sondern
die subiecta unterscheiden / und die stantes anders
tractiren / als die lapsos , e. g. in der Epanorthosi
muß ich anders umbgehen mit den nævis stanti-
um , als mit den delictis lapsorum.

XII. Man muß die Zuhörer fleißig / und so oft es
nur die Gelegenheit giebt zur Bibel-Lesung und
Nachschlagen anhalten.

Autores von Special-Predigten.

1) Leichen-Predigten / ut: Hulsemanni , Al-
brechts , Carpzovii , Roeberi , Calovii ; Fesselii
Ehren-Gedächtniß der Kinder Gottes ; Schätz-
Kammer von Trauer-Reden vornehmer Theo-
logorum & Politicorum.

2) Fest-Predigten / ut: Nath. Tilesii Oster-
Pfingst- und Weihnachts-Predigten.

3) Buß-

- 3) **Buß-Predigten** / ut: Mart. Geieri **Buß-**
Stimme.
- 4) **Passions-Predigten** / ut: Tilesii, Albrechts;
Ursini Passionale, Herrmanni Mons Oliveti, Dœ-
gens **Passions-Schätz** / Guevaræ mons Calvariae;
Wilhelmi Stanihursti Jesus patiens.
- 5) **Miscellan-Predigten** / August. Pfeifferi, &
Ittigii, Carpzovii Dresdens. Lanx saturæ. Joh.
Schmidii Naths. **Predigten** / &c.

Anhang von Parentationibus.

 S sind viererley Arten von Parentationi-
bus, welche im Gebrauch sind:

- 1) Wenn man zum Anfange eine gewisse materie gänzlich aufführet/ hernach aber dieselbe auf den Lebens-Lauf un Todt des Verstorbenen appliciret.
- 2) Wenn man alsbald im Anfange der Tractation das Lob der verstorbenen mit untermischt/ also/ daß man/ so bald etwas von der erwählten ma-
terie vorgebracht ist / es gleich appliciret.
- 3) Wenn gar keine materie ausgeführt wird/ son-
dern man führet den Lebens-Lauff des Verstor-
benen nach der natürlichen Art aus / und mi-
schet allerhand realia drunter / als meditationes,
und illustrationes, und solches ist bey den Lateini-
schen parentationibus gemein.
- 4) Wenn man sich also anstellet/ als wolte man von
ganz andern Dingen reden / und verdeck-
ter Weise des verstorbenen Lebens-Lauf und Lob
vorbringe: und also dennoch entdecket / was
man gemeinet hat / e. g. Wenn man eine Le-
bens-



bens-Geschicht einführet / oder auch Sinnbilder/ kan man die vorstellen/welche in sich begreissen das Lob und den Lebens-Lauff des Todten / als : ein Triumph-Bogen/auf welchen ein Sinn-Bild dessen Gebuert / das 2) dessen Lebens-Lauff / das 3) die Tugend berühret ic. In Mischna Tractat. Sota Cap. IX. Mortuo R. Josua cessavit publica felicitas , mortuo R. Aniva decus legis obscuratum est, mortuo R. Jochanan splendor sapientiae disparuit.

Als die IV. Schwedische Prinzen Caroli XI. Söhne nach einander sturben/ ließ die Königin Ulrica sie auss eine Tafel mit diesen Worten zusammen mahlen : wie mein Gott will ; also/dass auss einen jeden ein Wort kam/solches ließ sie in des Königes Schlafrzimmer stellen/ dadurch er ziemlich getrostet worden. vid. Lebens-Beschreibung Caroli XII. Part. I. p. 27.

Jacobo Trivaltio, Duci bellico celeberrimo, Epitaphium sequens positum est : Hic mortuus requiescit semel , qui vivus requievit nunquam. Guieciardin. in Histor. Florent.


Autores sunt :

Lohensteins , Götzens , Casp. Neumanns Paren-
tationes , Schatz , Kammer Schlesischer Abdan-
gungen. Conf. Francisci Beruckii Tractat.

de pompa funebri omnium
nationum.

F I N I S.







↑



0

10

20

30

40

50

60

70

80

90

100

110

120

130

140


150

160

170

180

the scale towards document.

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 0117
Patch Reference numbers on UTT

93

I / ut : Mart. Geieri Buß-

ten / ut : Tilesii, Albrechts;
ermannii Mons Oliveti, Doe-
ß / Guevaræ mons Calvariæ ;
Jesus patiens.

gten / August. Pfeifferi, &
resdens. Lanx satura. Joh.
digten/ ic.

Parentationibus.

Arten von Parentationi-
brauch sind :

fange eine gewisse materie
ernach aber dieselbe auf den
des Verstorbenen appliciret.
im Anfange der Tractation
en mit untermischet / also /
as von der erwählten ma-
s gleich appliciret.

rie ausgeführt wird / son-
lebens Lauff des Verstor-
chenen Art aus / und mi-
runter / als meditationes,
solches ist bey den Lateini-
mein.

stellet / als wolte man von
n reden / und verdeck-
nen Lebens Lauf und Lob
dennoch entdecket / was
g. Wenn man eine Le-
bens-